B

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
8 G
65

IACOBI GORSCII PRAELECTIONVM PLOCENſium liber primus, ſiue de Baptiſmo recèns natorum.

Si quid dictum imprudenter & præter ſanctæ Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem ſit, pro non dicto habeatur.



COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXII.
Cum gratia & priuileg. Caeſ. Maieſt.

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM D. PETRVM MIScouium Epiſcopum Plocenſem

PRAEFATIO.

NVllū vnquā grauiꝰ, nullū ab officio viri boni alienius vitium, ſemper iudicaui, Reuerendiſsime Pontifex, ingrati animi vitio. Etenim ſi nihil magis viro bono conueniat, quàm iuſtitiā colere: nihil certè magis illi aduerſum iudicari poterit, quàm eas rationes ſequi, quæ eius virtutis rationibus aduerſantur. Quæ autem ratio inueniri poterit plus aduerſa iuſtitię rationibus, quàm ea quæ hominem, eo quod ei merito debeatur defraudet? cū iuſtitiæ munus & proprium & præcipium ſit: cuique quod ſuum ſit, reddere. Quis autem eſt qui ingrati animi vitiū id eſſe nō videat? quod homines vel officio, uel dignitate, uel præmijs, quæ illis iuſtis ratio-

nibus debeantur, defraudet? Qua quidē peſte & ſacræ & prophanæ litteræ, viros bonos nihil grauius ſolere deteſtari, nullamq; perniciem maiorem eſſe ſocietatis humanæ iudicare, paſsim teſtantur. Hoc etenim vnum vitium, quietiſsimas & florentiſsimas Reſpub. ſemper aut turbauit, aut euertit: Hoc inter priuatos, mutua officia tollit: hoc liberalitatis fōtes concludit, hoc ab omni munere bene merendi de genere humano, tum publicè tum priuatim, viros bonos reuocare ſolet. Quod ubi fit, & Rempub. ſuis patronis deſtitui, & priuatorum officia ceſſare neceſse eſt. Hoc enim malo dominante, qui ſe pro ſalute Reipub. opponat, qui pericula laboresq; ſubire velit, qui commodis & ornamentis eius inuigilet, qui priuatorum vtilitatibus ſeruiat non inuenitur. Honore enim & præmijs iuſtis & debitis, ad uirtutem & ad bene merendum de genere humano, tum publicè tum priuatim, generoſi animi excitantur. Quod ne fiat ingrati homines prohibent, ac vinculum ſocietatis humanæ, & rerum publicarū fundamenta, iuſtitiam (quæ ſuo & debito

honore

honore quenq; ornat,& quæ præmia vir tuti cuiuſq, debita tribuit) diſturbant. Multa & illuſtria exempla ad eam rem afferri poſsent:quæ ego apud R. P. T. omnium literarum, omnis antiquitatis pertiſsimam, prætermitto : ac in pauca rem conferens: nihil eſſe magis alienum ab officio viri boni, ingrati animi vitio concludo. Cuius uitij repræhenſionem iuſtam,cùm apud omnes, tùm apud R. P. T. cum effugere vellem:rationes mecum diligentius inire cæpi, quomodo R. P. T. erga me ſummæ gratiæ, ac perpetuæ beneuolentiæ, maximorumq; beneficiorum,me & memorem & gratum eſse demonſtrarem. Et quoniam ea facultas,quæ alijs ſumma datur, ad eam rem demonſtrandam mihi negata eſt:ut officijs præſens præſtandis, certiſq; negocijs obeundis honori & commodis R. P. T. inſeruiendo, animum meum R. P. T. probarem, eam ſolam rationem, cuius mihi copia datur ſequi volui:neque dubitaui me animi mei ſtudium erga R. P. T. probaturum eſse eo modo: ſi officij mei, & vocationis meæ memorẽ eſse me declararẽ,iudicioq; ſa-

ſapientiſſimo de me R. P. T. ſi non facultate ipſa, conatu tamen me velle reſpondere, idque aſſiduè meditari monſtrare contenderem: Memor illius, voluntatem & conatum in rebus arduis, etiam ſi facultas rei conficiendæ deſit, ſufficere. Itaque ut primum Plociam me recepi, & in collegio ampliſſimo Canonicorum, in quo plurimos viros excellentiſſimo ingenio, ac in omni genere literarum exercitatiſſimos reperi, verſari cœpiſſem, nihil eorum quæ officij mei eſſe videbantur, & quæ à me iuſta lege exigerentur prætermiſſum à me eſſe volui. Et quoniam præter munus concionandi & Eccleſiaſtæ officium, cui obeundo me R. P. T. præfecerit: publicè etiam docendi, ac explanandarum lectionum, ſtatis temporibus, conſtitutonibus huius Eccleſiæ, nobis imponeretur officium: non ſolum non recuſaui hũc laborem, ſed etiam libenter ſuſcepi: operamque meam, omnibus, qui ea in ſtudijs vel legum, vel literarum ſacrarum vti uellent, liberaliter pollicitus ſum. Communicato igitur conſilio, & partita opera, tempori-
ribuſ-

ribuſque diuiſis, cum viro & optimo, & doctiſſimo, Stanislao Ilouio, quem ſocium & collegam vtriuſque huius, muneris obeundi R. P. T. mihi eſſe voluit, publicè quæſtionem de baptiſmo recèns natorum explicandã, veritatemque eius perueſtigandam ſuſcepi. Propterea quòd inter illa quæ hac tempeſtate ab Hæreticis in controuerſiam vocantur: hæc quoque vel præcipua illis viſa, in quam inquirerent: ac Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ iudicium de ea repræhenderent: grauiter eam accuſantes, ac nefarij ſceleris condemnantes, quòd recèns natis, lauacra ſacra baptiſmi aperuerit, infanteſque ſtatim ut nati fuerint eius ſacramenti participes eſſe voluerit. Quod illi contra CHRISTI, Apoſtolorumque conſtitutionẽ fieri clamare non deſinunt: ac quotidie plurimos in eum errorem præcipitant: vt credant, neminem huius ſacramenti capacẽ eſſe, niſi qui rationis integræ, & ætatis maturioris capax ſit. Quo errore, quoniam nihil eſt homini Chriſtiano pernitioſius, nihil hoſti noſtro diabolo, qui aſſi-

duè vt leo rugiens quærit quē deuoret, magis optandum fuerit officij noſtri putauimus, nihil prætermittere, quod vel eo morbo infectis ſalutem, vel qui infici poſsent remedia afferre poſse iudicaremus. Eam autem totam diſputationem decem capitibus diſtinctā, prælectionum Plocenſium titulo, ſiue de baptiſmo recèns natorum inſcripſi. Quā quidem diſputationem ad te Reuerendiſsime Pontifex mitto, ac iudicio prudentiſsimo & pio R. P. T. eam ſubijcio, quam ſi R. P. T. Catholicam & publica luce dignam iudicauerit, authoritate ſua confirmet, ac in manus hominum, maiore cum fiducia peruenire faciat. Etſi enim ſcio, nihil me temere, nihil è meo ſenſu, in eam diſputationem conieciſse: viriſque & literarum ſacrarum peritiſsimis, & religionis Catholicæ amantiſsimis, & Eccleſiæ Romanæ propugnatoribus firmiſsimis, legendā exhibuiſse: eorumq; iudicio, ſi minus doctam, Catholicam tamen viſam eſſe, tota tamen poteſtas, eius vel confirmandæ uel reijciendæ, penes R. P. T. eſt. Qualiſqualis autem R. P. T. viſa fuerit,
eam

eam tamen ab optimo animo meo, & Catholicæ fidei ſtudioſiſsimo, hæretico errori infeſtiſsimo, profectã eſſe abſque dubio R. P. T. cognoſcet. Quod ſi quis non zelo fidei, ſed potius inuidia exſtimulatus, conatum hunc noſtrum retũdere uoluerit, R. P. T. ut & patronum meum, & Eccleſiæ Chriſti paſtorẽ optimum ut ſua autoritate temeritatem eius compeſcere, meque clientem ſuum ſolita beneuolentia & gratia complecti, & hos conatus meos, primaque quaſi rudimenta in Eccleſia & eo munere, quod mihi R.P.T. demandare dignata ſit: boni & æqui conſulere dignetur, etiam atq; etiã rogo. Datũ Plociæ 11. Calend. Octobris Anno Chriſti 1571.

R. P. T.

Cliens

Iacobus Gorſcius Ca. Plo.

PRAEFATIO AD AVDITOREM.

Etſi nōn damno, imo verò laudo plurimùm eos, qui vel ad autores explanandos, vel ad materias controuerſas explicandas aggreſſuri: longa oratione, verborúmque ſplendore, ac ſententiarum grauitate inſtructa, apud auditores vti ſoleant: tamen imitari nunc eos conſilium non fuit. Hoc enim tum neceſſarium eſſe iudico, cum aut exiſtimatio ingenij eruditioniſque quærenda: aut auditorum reſides animi, rei commodis demonſtrandis excitandi: quorum neutro hoc tempore opus eſſe iudicaui. Nam neque uobis vltrò currentibus calcar áddere neceſſe video: vos enim ipſi hunc laborem, noſtramq́; hanc operam, vltro poſtulatis: neq; ego dicendo exiſtimationem ingenij quærere poſſum: neq; ſi poſſem vellē. nā & natura ita mecū egit, vt laudem dicendi mihi adimeret: & ſeruum domini diſpenſatoremq́; myſteriorū eius, ab omni oſtentatione, quæ gloriæ inanis eſt ſeges, alienum eſſe decet. Miſſa igitur oratione rem ipſam aggrediamur: quam vt commodius tractemus, donū ſpiritus ſancti, à Deo Patre omnium bonorum datore, filioq́; ſuo domino noſtro Ieſu Chriſto poſtulandum eſt nobis.

PRAE-

PRAELECTIO
PRIMA.

NEmo eſt ita in rebus ſacris hoſpes, qui neſciat, ſathanam homini fœlicitatẽ vitamque beatam inuidiſse: ſtatimque vt conditus à Deo Opt. Max. fuerit: & in hortis omni genere fœlicitatis ac voluptatum inſtructis collocatus, inſidias ei tetendiſse: laqueoſq; nequitiæ & fraudis ſuæ, pedibus eius obieciſse: vt captum, ex beato miſerum, ex libero ſeruũ, è frugi nequã, ex immortali & æterno, caducum mortiq; & omnibus calamitatibus ſubiectũ: poſtremò Deo conditori ſuo, hoſtem pro amico, & ſeruo fideli redderet. Nã Deus pater omnium miſericordiarum, vt ipſe bonus eſt, fœlix, æternus, ſuique figmenti amantiſsimus: ſic hominẽ, plaſma ſuum condidit: vt in eo imaginem ſui viuam, expreſſamque monſtraret, & omnium eorum bonorũ, quibus ipſe abundat, vitæque æternæ, participem redderet. Quem honorem diabolus, cum illi inuideret: & ex eius commodis, non

Diaboli inuidia.

Qualis homo conditus.

ferendum

ſerendùm dolorem animo concepiſset: ſerpentis formam indutus: vt à Deo conditore ſuo deſciſceret, ſuadere cœpit. Neque antè à ſuſcepto conſilio deſtitit, quàm ſcelus animo conceptũ perfecerit: hominemq́ue credulum & imprudentẽ, in ſuas partes traduxerit: immortalitate & rerum omniũ ſcientia abunde illi promiſsa, addens non ſimilem modò, ipſi Deo conditori ſuo, ſed in omnibus honore parem fore, ſu um ſi ſequatur conſiliũ. Cũ interim fraude ſua hoc ageret: vt pro immortali, breui periturũ: pro beato calamitoſum: pro ſapiente ſtultum: pro ſimillimo Deo cõditori ſuo, nõ diſſimilẽ modò, verum etiam aduerſum & acerbum redderet hoſtem. Quod vt facilius aſsequeretur, Dei ſapientiam atque bonitatem caluminari nõ eſt reueritus: inuidiæ crimine maieſtatem eius, quam venerari deberet onerans. Nã quod Deus homini à ſe condito, conſulens eius beatitudini præceperat, ne faceret: ne arborem ſcientiæ attingeret: ne ex ea fructus quantumuis pulcherimos deguſtaret: oſtendẽs in pulchritudine mũdi fallaces voluptates, & ruinã præſentem

Fraudes diaboli.

Diabolus calumniatur dei bonitatem.

Arbor ſcientiæ.

tem

tem, calamitateſque inexplicandas incluſas latere: quæ recluſæ morcibuſque appetitæ, hominem ſui cupidum obruerent: & ad inferos vſque ſuo pondere pertraherent: id diabolus inuidia Dei & aſtutia fieri criminabatur: ne deguſtato venuſtiſsimo illo fructu homo, ex beato beatiſsimus, è mortali inmortalis, è ſimili, par Deo redderetur, vtque potius ſtupidus rerumque ignarus maneret: quam ſapientiam rerumque omnium ſcientiam conſecutus, & ſe qui eſſet, & Deum conditorem ſuum: quidque boni in mundo, quid praui ſit cognoſceret. Quo ſolo ſibi Deus præſtaret: & ne ſibi, homo ea aſſecutus par redderetur timeret. Quæ homo incautus, dum vera eſſe credit, nihilque fraudis ſubeſſe ſuſpicatur: è ſumma illa fælicitete, in horrendas calamitates & ipſe incidit: & nos à ſe ortos, tanquam hæredes ſuorum malorum in eis demerſos reliquit: diabolo nobis ſemper illudente, è noſtriſque calamitatibus ſummam voluptatem capiente: ſuamque inuidiã noſtra ruina paſcente. Huius inuidia nobis mortem attulit: omnibuſque commodis nos ſpoliauit.

Hominis credulitas.

Inuidia diaboli mors.

Hic

Hic mortẽ fraude & inuidia ſua, mundi
Vita à deo. dominã fecit: Cũ enim ſola vita à Deo
viuente, mundo donata fuiſſet: hic calli-
diſſimus artifex, mortem vitæ contra-
riã fabricatus eſt: vitaque ſua poſſeſsio-
ne pulſa, mundi moderatricẽ conſtituit:
vt omnes pro ſua libidine vexatos eneca-
toſque perderet: & ad inferos protru-
deret, æternis ignibus in teterrimo il-
lo baratro excruciandos. Vt autem in
ſua poteſtate arctius hominem ſemel la-
queis ſuis implicatum teneret: imagine
Cauteriũ diaboli. & figura Dei opt. Max. quæ in eo erat
impreſſa ſordibus peccati deformata, ſuo
ſigillo eum conſignauit, ac cauterium
maliciæ ſuæ ei impreſſit: omni genere
ſcelerum & flagitiorum eum conſper-
gens: ac veluti cœno tenaciſsimo, ſẽſus ei-
us obliniens, ne & ipſe oculos cælo at-
tollere, ſuumque conditorem Deum cog
noſcere, & ab ipſo creatore ſuo deinceps
agnoſci poſſet, ac vt ſuum regnum ſta-
biliret, ſenſim totum ſceleribus & omni
genere peccati mundum oppleuit. Vis
enim & poteſtas omnis diaboli, in pecca-
to, tanquam in fundamento firmiſſimo
conſiſtit. Scelera ergo mundo infudit,
&

& peccato omnia oppleuit, vt quicunque in mundi infima hæc deſcenderet, tanquã viſco oblitus, cœnoque tenaciſſimo immerſus ita hæreret, ne vlla ratione manus ſuas effugere poſſet. Regnũ igitur Sathanæ peccatum eſt, adeò vt vbicunque peccatum aſperſum fuerit, ibi ſe ille, vt in propria aula iactet, neminemque quem ſcelerum fece aſperſum videt, eripi ſibi poſſe iudicat. Neque ante poteſtatem eam amiſſurus, quàm tota ſcelerum labes expurgata mundo fuerit: tum demum Deus quod ſuum eſt, in nobis agnoſcet, & ad ſe reuocabit, cum, quod Sathanæ eſt proprium, à nobis expurgatum & abolitum fueret. Et quoniam id per hominem ſolum fieri nequit, omnes enim fece ſceleſta Sathanæ fœdati ſumus, Deus pater noſtrum laborem, & calamitatem miſeratus, & noſtri, vt ſui figmenti recordatus, indignumque eſſe ratus, hoſtem ſuum diabolum, in ſua poſſeſſione tã inſolenter ſe iactare, tantamque tamque acerbam tyrannidem in hominem, quem ipſe honori ſuo, vt eſſet, cõdiderat, exercere, filiũ ſuũ qui ſecũ ab æterno ſemperq;

Regnum diaboli.

Auguſt.

pèrque ſibi par manſerit, cælitus ad hæc cituma deſcendere voluit: & hominis forma diuinitatem eius contegi, vt Satanæ ſuperbo, & nihil tale metuenti, rebuſque proſperis fidenti, cum maiore eius dolore illuderet: & ea arte qua hominem ceperat ipſum, caperet: vinctumque ad tartara, ne amplius & ſibi & mundo ſuo illudat, detruderet. Cum aſtuto enim & ſuperbo, non potentia illa infinita, agere dignatus eſt, cum vel vno verbo eum conficere poſſet: ſed fraudibus eius & aſtutiæ, ſapientiam ſuam, per quam omnia vigent, obiecit: vt non ſentientē, & fraudibus ſuis fidentem, arctiùs ſapientia ſua vinciret. Filius igitur Dei, patris ſui voluntati parens, in hæc cituma cælo delabitur: ac virginis caſtiſſimæ vtero illapſus, virtute Spirituſſancti omnia gubernante, carnem humanam ſumit, & vt homo naſcitur: Sathana nihil tale, (myſterio rei, à ſpiritu ſancto celato & adumbrato) cogitante, qui tamen cùm audiret Angelos cæleſtes reſonare cantus, & natum ſaluatorem mundo liberatoremque hominis capti narrantes, regeſque externos, cum muneribus amplisſimis,

pliſsimis honorem nato infanti debitum habituros veniſſe: proſtratoſque ante pedes eius iacere videret: rei magnitudine commotus, regno ſuo pertimuit: Herodem miniſtrum ſuum excitauit, & vigilandum proſpiciendumque ſibi eſſe docet, niſi regnum à ſe tot laboribus, tot ſceleribus, tanta cæde omnium bonorum ac ordinum partum, perdere mallet, demonſtrat puerum generis regij, ſobolem iuſtiſsimi illius Regis Dauidis natám: regni habenas illi, & olim per Prophetas, & nūc per Angelos promitti, honoremque illi cœlo, terráque haberi: tantam autoritatem infantis eſſe, vt Reges exciti ab extremo terrarum orbe, ad ſe cum muneribus ampliſsimis contendant, veniam precaturi, & fœdus cum eo facturi: ne adultus ſua occupet regna, ſeque omni ditione expoliet. Quòd ſi procul poſiti tantum metuāt, quid Herodi, qui alienum per vim, fraudes & ſcelera regnum inuaſerit, expectandum ſit? Hortatur igitur, vt puerum è medio tollat, quem ſi inter cæteros ætate pares agnoſcere non poſſet, Motus diaboli.

B potius

potius omnes infantes territorij Bethlc em de medio tollat, quàm vnum iſtum inter eos adoleſcere patiatur: à quo, regno ſuo, vnà ſecum, exturbari debeat.

Herodes. Neque Herodes ſurdis auribus hæc audit: ſtatim puerum ad cædem perquirit: protrahuntur & cæduntur infantes in tota ea regione, in qua Chriſtum natum ſceleratus rex audierat. Sed Deus pater, contra quem nullum conſilium inſtitui ſuſcipique poteſt, quod ille ſua ſapientia non diſiiciat, parentes pueri, vnà cum ipſo puero patria excedere, ac in Aegyptum effugere, locumque furenti Diabolo, miniſtroque ſuo Herodi dare iubet. Ea cæde peracta, Diabolus, cum ſuo miniſtro Herode, tanquàm victores, & voti compotes triumphant, interiiſſe puerum credunt, ſecurique ſuis ſceleribus vacant. Ecce autem nuntiatur, virum à Nazareth vrbe Galilææ, Iordanis ad fontes veniſſe: & à Ioanne, viro magno, cuius vitam morumque ſanctitatem, non Iudæa tantùm patria, verumetiam gentiũ vicina regna mirentur, ad quem effuſæ vrbes doctrinam

Chriſti in Aegyptũ fuga.

Chriſti baptiſmus.

nam eius mirantes currunt, ſummo cum honore exceptum, Agnũ dei, qui peccata mundi purgaturus & ſublaturus eſſet, appellatũ: moxq; vt ab ſe in flumine ablutus eſſet, vocem cęlitùs auditã, qua à Deo patre, filius dilectus nominaretur: ſpirituq; ſuper eum acquieuiſſe. Nouitate rei & miraculo attonitus Sathanas cõſtitit: moxq, ad ſe reuerſus ait: Númnam hic ille eſt, quem Angelorum turba ſaluatorem mundi natum eſſe nunciabat? itáne ego cum meo Herode nihil egi? videbo quis iſte filius Dei. Mox ergo vt vidit in deſerto ieiunum, poſthabitis omnibus cæteris aduolat, & quis ſit expiſcatur, hortatur vt poteſtate diuina vſus, lapides in panẽ ciboſque conuertat, è pinaculo templi delabens, diuinitatis ſuæ ſpeciem edat: quod cùm eũ recuſare videt, hominem eſſe credit, vt ſe ſequatur, honoremque ſibi tanquam Deo habeat ſuadet: quod ſi faceret, mundi totius regem, omniumque regnorũ dominũ, ſuo beneficio fore. At Chriſtus dominus, qui nõ Sathanę, ſed patris ſui mũdũ eſſe ſciret: & ſoli Deo eũ honorẽ deberi, quẽ diabolus expoſceret:

Tentatur Chriſtus.

expoſceret, diuinitatem ſuam exercuit, diabolum compeſcuit: increpans, quòd alienum honorem affectaret, ſtatimque à ſe diſcedere nequam illum præcipit, qui territus verbis & maieſtate Chriſti, ad ſuas latebras refugit, & ſe cum ſuo Herode nil ſe egiſſe agnoſcens, vehementiſsimum dolorem animo concepit: videt filium Dei cælo demiſsum, & ſemen illud tandem natum, quod Euæ à ſe deceptæ promiſsum: quodque caput ſuum contriturum, ſeque regno mũdi exturbaturum eſſet: non tamen ceſsat, conſilia cum ſuis init, quomodo hoſti ſuo, qui ſuum iugulũ peteret occurrat: nec peccatum mundi, in quo totam vim ſuam ſitã eſſe videt, purgari patiatur. Quoniam autem videret fœditatem peccati non alia ratione facilius ablui poſſe, quàm fide in Deum patrem, & filium ſuum Ieſum Chriſtum, cœlitùs demiſsum, eoque ſola ratione homines Deum cõditorẽ ſuũ agnituros, ad eumque vt ad patrem benignum redituros: ſe verò, quẽ dominũ colerent, vt tyrannũ ſæuiſsimũ deſerturos: ſuadet arrogantiſsimis & capaciſ-

Victus diabolus non ceſſat.

Fide peccata deleri.

ſimis

ſimis hominibus, Phariſæis, Scribiſque, & improbiſsimo cuiq; tũ ſacerdotũ, tũ plebis prophanæ, ne Chriſtũ inter ſe cõſiſtere, ne dogmata patris ſui in mentibus piorum diſseminare patiantur: neve vineam à patre ſuo illis tanquam colonis concreditam, ingredi permittant: quod vt faciliùs perſuadeat, incommoda quæ illis doctrina Chriſti allatura eſſet commemorat, impoſtorem & deceptorem appellat, artibus diaboli ſigna eum edere aſſerens: ac vt in pauca conferamus, perſuadet ſceleratis, impijſque hominibus, Chriſtum hominem ſceleſtum eſſe, Moyſi aduerſum, nil veri, nil ſynceri ſuadere, incautam turbam, plebemque legis imperitam decipere: atque ab ordine ſacerdotum, phariſæorumque obſeruantia auocare. Hortatur igitur, vt ſi viri ſint, commodis honorique ſuo conſulant: ſi aliter non poſſint vincere, fraude eum doliſque circunueniant, turpi morte perdant, & tanquam fugitiuum in crucem agant. Hæc ille quidem furens machinabatur: nec fruſtrà, immemor tamen, mortẽ CHRISTI, ſuum præſentem interitum

Diaboli miniſtri.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ritum fore. Oppugnat autem fidem Chriſti, & in incredulitate perfidiaque mundum detinere conatur: quòd hac ratione imperium eius primùm conſecutus fuerit. Non ignarus, eiſdem artibus imperia mundi teneri & conſeruari, quibus quæſita fuerint. Tum autem primum pedē in hac poſſeſsione poſuit, cū Euā Adamumque laqueo incredulitatis impediuit, cum Deo creatori ſuo ne crederent perſuaſit. Non ignorabat, nullū ius ſe in eos habiturum fuiſſe, ſi Deo ſe monenti, ne fructus arboris prohibitæ decerperent, credidiſſent, ac in ea fide perſtitiſſent: & nunc ſi ſe deſerto promiſſa Chriſti ſequantur, mandata eius ſeruent, in eoque fiduciam ponant, ſe omnem poteſtatem & iuriſditionem in eos amiſſurum. Quare quem videt reditum hominibus fore expeditiſsimum, iterque à ſuis inſidijs tutiſsimum, ad Deum patrem: & eam beatitudinem, à qua ſua fraude, & fide amiſſa exciderant, obſtruere, & omni ratione præpedire conatur, ipſumq; ducem eius itineris Chriſtū perdere, ac memoriam illiús penitus abolere

Regnum diaboli.

Iter ad Deum.

abolere contendit. Igitur fidiſsimos miniſtros ſuos Pontifices, & certiſsima inſtrumenta ſua Phariſæos, cùm Saducæis in Chriſtum ſuoſque comites, ac doctrinæ fideique ſuæ æmulos excitat: ac eorum autoritatem ei opponit. Qui cùm nihil contra voluntatem Chriſti, & Dei Patris ſapientiam, ſuis conſilijs efficerent, alterum Herodem, ſcelerati patris ſceleſtiſsimum filium, metu regni amittendi conterritum, & Proconſulem Romanum, imperio excubantē hortatur, vt ſibi imperijsque ſuis maturiùs prouideant: affirmans, non Herodis tantùm regnum anguſtum, ſed & illud ampliſsimum populi Romani imperium, magno in periculo eſſe: hoc vno homine plebem docente, cœtuſque conuocante. Ac primùm quidem in Ioannē ſæuit, pœnas ab eo repoſcens teſtimonij Chriſto apud plebē dati, hunc eſſe Chriſtum, mundi ſeruatorem, à Moyſe & Prophetis denunciatum, Abrahamo & Dauidi cælitùs mitti debere promiſſum. Sublato Ioanne, ſcelere Herodis, in Chriſtū quaſi ſocio & altero ꝓpugnatore ve-

Herodes & Pilatus contra Chriſtum excitātur.

rit, fraude ſua appetiſſet, & chyrographo abuſus eſſet, vltrà quàm fas fuerit, imperiũ ſuum &, iuriſdictionẽ proferẽs. Sathanas autẽ amiſso chyrographo, deſperatoq; mũdi imperio, ad ſedes ſuas tartarique regna ſe recepit, præda tanto tẽpore conuecta abuſurus. Sed neque ibi ſecurus eſt, ſtatim Chriſtus victor ad inferos deſcendit, clauſtra omnia reſerat, & quod non ſuum teneret diabolus, liberat, & ad vitam reducit: ipſum autem prædatorem diabolum captum, & conſtrictum, in triumphum abducit, quem præda in cœlum reuecta, Deoque patri reſtituta, in extremum iudicium, catenis vinctum, ad ima tartari aſseruandum prę cipitat. Qui etſi ita & victus & vinctus ſit, non ceſſat tamen rebus conſulere ſuis: videt impios multos, ac verè ſuos filios, etiam liberato mundo à ſorde peccati, in ſuo ſcelere manere, ſuique memoriam firmam retinere. Ad eos igitur regreditur, vires reſumit, Iudæos cũ Gentibus excitat, in ſocietatem ſceleris armat: delẽdum hominum genus penitùs, quodcunque Chriſti nomen præſeferat

Victus diabolus non quieſcit.

ſuadet. Sæuiunt igitur tyranni in Chriſti nomen, ſuoſque amicos, ſed quanto illi vehementiùs inſaniunt, tanto Chriſti nomen clarius, & gloria illuſtrior: tanto Eccleſia eius vberior, & regnum ſanctius & amplius. Poſtremo eò deuentum, vt omnes gentes errore ſuo agnito, Sathanæ tyrannide, & Iudæorum nequicia relicta, Chriſto nomen darent: ac omnes ſub eius imperio ſignisque contra ipſum diabolum militarent. Quod Sathanas cùm vidiſſet, grauiter indoluit, ſe ita iacere: nullamque regionem eſſe, præter paucos, toties ſecum profligatos Iudæos, vnde militem contra Chriſtum ſcribat, delectum habeat, ſubſidia euocet, apertè cernés. Quid? iámne quieſcit? iámne ſe victum, non prælio tantum, ſed & bello fatetur? iámne campo cedit, victaſq; manus dat? Minime equidem, alias artes inuenit, alios milites quærit: non foris, ſed in caſtris ipſius Chriſti, tétat proditionem, ſeditioneſq; excitat, vt quos aperto Marte & hoſte externo vincere nó poterat, ꝓditione caperet, & inteſtino bello cóficeret. Sollicitat igitur paucos,

Mœror diaboli.

Hæreticorum initia.

paucos, quos cerneret ſuos facilè fore: quos neque ſyncerè Chriſto adhæſiſſe, nec ſcelera ea, quibus ipſe mundum occupauerat, penitus animis emouiſſe, & vel vna ſcintilla fomiti cupiditatis eorũ iniecta, incendium flammaſque viciorũ ac peccati, aquis baptiſmi nõ bene in ipſis extinctas vires reſumpturas. Suadet igitur, vt honori ſuo, ſtipendijsque melius conſulant, cùm ſint cæteris præſtantiores, abiectiore cõditione, & loco inferiore eos eſſe; demõſtrat: neque digna præmia, vel honorum vel ſtipendiorũ percipere, his ducibus ſubiectos eſſe, qui vt milites gregarij apud ſe ſint, vix digni inueniantur. Ergo inquit, ſi viri eſtis, duces vos mihi præſtate: ſigna quæ contra me fertis, mihi tradite: & quoſcunque poteſtis ad me traducite: nouum dogma fingite: nouos ordines, nouam diſciplinam inſtruite; vetere hac, vt impura & obſoleta, nimiſque dura, & liberis hominibus non ferenda reiecta: hoc cũ feceritis, & duces iſtos, veteranoſque Chriſti facilè euertetis, & vos ipſi in eccleſia ea, caſtriſq; meis principes

cipes

cipes eritis, omnia arbitrio veſtro, & ꝑ libidine veſtra acturi. Sed (inquit) cautè vos agere, proditionēque moliri oportet: ſi enim ſenſerint, viderintque vos apertè dogmata Chriſti euertere, obruēt vos, antequàm vires collegeritis. Sub vexillo igitur Chriſti ſtate, fideles mihi milites, deprauate diſciplinā eius, inuertite ſententias, omnia dicta, tum ſua, tum diſcipulorum ſuorū, Prophetarumque, aliò quàm ipſe voluit detorquentes, veſtroque dogmati nouo, pro veſtra libidine accommodantes: quæ autem vertere & detorquere, propter apertam veritatem ad ſenſus veſtros non poteritis, vt falſa & vana, neque à Chriſto, neque à diſcipulis ſuis, neque à Prophetis tradita, ſed vt ab hominibus callidis doloſè confiсta reijcite, ac prorſus repudiate. Simulate autem pulchrè verbis, ſermone compoſito, modeſtiamque & pietatem præſeferente abutimini: ſic enim facilè incautis, & ſimplicitatem amantibus, imponetis. Aliud vobis in ore próptum, aliud in pectore clauſum eſſe oportet: lingua veſtra Chriſtum ſonet, cor honori meo,

Diaboli præcepta.

meo, veſtriſque commodis, totum tradatur: paſcant alij oues, vos lac ſugite, lanaque operiamini: peierate auté, nil dubitantes, vos eſſe fidiſsimos diſcipulos Chriſti, ſuum honorem & gloriam vos curare, non autem commoda veſtra paſſim affirmantes: breuiter dicam, extrà vt oues incedite: intrà luporum rabie cõtecta, os veſtrum Chriſtum ſemper perſonet: corda veſtra mihi ſint ſacra, in his ego vt in templo mihi ſacro tutus ſecuruſque habitabo: hæc ſi feceritis, & me in meum locum vnde deturbatus ſum, reſtituetis: & in veteré mundi poſſeſsionem reducetis, & vobis honorem, gloriam, multáſque opes, ſine quibus nunc miſeri viuitis, conſequemini. Vos ego principes regni mei, quod mihi veſtra opera partum erit, conſtituo: mecum ſemper regnaturos: vt autem honoratiores ſitis, agendum eſt diligenter, vt quàmplurimos his artibus, quas vobis præſcripſi, capiatis, & intra noſtras caſſes conijciatis. Scitis ſapienter dictum eſſe: Multitudinem populi, gloriam Regis eſſe, curate igitur, vt quàmplurimi noſtri ſint, Moręs hæreticorum

Chriſti

Chriſti paucißimi, ſi non omnes poteritis abducere. Prima autem aggreſsio veſtra ſit cõtubernalium, inter quos ſenſim & modeſtè vellicabitis Eccleſiæ principes, quibus paſsim inuideri videtis: reprehendite eorum auaritiam, faſtũ, cæteraque, ſi quæ videtis vicia: quæ ſi non ſint, vos ipſi crimina confingite: pietáti & virtutibus eorum, nomina viciórum imponite: ſi quem videtis pium & modeſtum, hypocritã appellate: ſi quẽ in pauperes liberalem, ambitioſum: ſi cõſtantem, ſuperbum nominantes, cæteraque eiuſmodi confingentes, quæ ego prudentiæ induſtriæque veſtræ comitto. Cùm autem videritis, contubernales veſtros, reprehenſionibus veſtris, locum dare, in vulgus ſpargite voces, duces Eccleſiæ, non CHRISTI honori inſeruire, ſed ventri ſuo, libidinibus & auariciæ: omnes non quæ Dei ſunt, ſed ſua quærere. Concitata multitudine, & vulgo, in nobilium & magnatum domos penetrate, hos cum ceperitis, regnum nobis parátum eſt: horum audacia, temeritas, potẽtiaq; nulli veritati cedere, nulli

Progreſſus hæreticorum.

Nobilitatis temeritas.

ſcripturæ locum dare volet: & credo facilè, hos in noſtra caſtra vos eſſe traducturos: moleſtus eſt enim eis Chriſtus, cum ſuis ieiuniis, orationibus, cæteriſq; ceremonijs atq; ſacramentis obſeruandis: quibus occupati & impediti, genio ſuo voluptatibuſq; vt vellet, & par eſt, ꝓ ſuis opibus indulgere non poſſunt: quamobrem ieiunia hæc, non neceſſaria demonſtrabitis: ſacramenta inpugnabitis, vſum eorum alium eſſe monſtrabitis: cæremonias explodetis, poteſtatem cuique vt velit viuendi credendique dabitis: modò vt non ita, quemadmodum Chriſtus, ſuique diſcipuli inſtituerunt, ſed quemadmodum ego vellem, credant & viuant. Neque ego poſtulo inter vos concordiam, quam Chriſto relinquite, vnà cum ſua pace cæteriſque virtutibus: diſsidijs regna mea aluntur: cædibus, adulterijs, ſtupris, rapinis, cæteriſque ſceleribus meam ego potentiam ſulcio: fingat quiſque veſtrûm pro ſuo arbitrio dogmata, ſcopum tamē vnum proſpicite omnes, vt quàmplurimos à Chriſto abducatis, fide, ſpe, charitate

Licentia credendi.

Regnum diaboli.

tate

tate expolietis, ac mihi omni genere ſcelerum contaminatos æternùm cruciandos tradatis. Quid multa, aſſentiũt illi, conſilia probant, accingunt ſeſe operi, ac iurant in verba magiſtri diaboli. Ac primum quidem illi memores magiſtri, ſimulata pietate, iniuriæ Chriſti condolent, myſteria ſua non ſyncerè diſpenſari, doctrinaſque eius deprauari cõquerentes: mox quæſtiones, quaſi diſcendi cupidi excitant: mox, vt vident turbam moueri, ſuiſque argumentis applaudere, quid ſentiant apertè teſtantur: nec intra verba certamen conſiſtit, multitudinem contra duces Eccleſiæ concitant, armis deturbandos ſuadent, cæde rapiniſque omnia complent, ac bello pluſquã ciuili caſtra Chriſti diſturbant, & magiſtro ſuo Sathanæ ſanguine piorum litant, quo ſanguine ille ebrius ac tumens ait, nõ potui Gallilæe per meos te euertere euertam per tuos, tu mihi contra te arma militemque dabis: tuos duces in te armabo, tua ſigna in te conuertam, ſi non potero totum tuum regnum euertere, at partem eripiam. Nec vnquam fideliores duces,

Fraus hæreticorum.

duces & magis ſtrenuos, contra te armaui quàm, iſtos tranſfugas tuos, qui tua conſilia, tua dogmata, tua omnia arcana tenent: tuis ſtipendijs mihi militant, nullam in partem te mouere poteris, quin ſtatim tua conſilia, armaque videam, ad omnes conatus tuos mea conſilia opponam: ſi non potero totum exercitum tuum corrumpere, plurimos tamen abducam, partemque prædæ tibi præripiam: ſic quondam, cùm non poſsem, totum perdere genus populi tui, quem ex Aegypto ducebas, contra quem Regem Aegyptium cum ſuis concitaueram, magnam partem eius perdidi, tuis ducibus contra te concitatis, ſeditioneque contra Moyſen & Aaronem fidiſsimos tuos duces commota, ac Madianitarum mulierculis in caſtra tua infuſis. Doces tu quidem fide ſaluos omnes ſore, ego perſuadebo meis, vt tuis dictis, contra te tuosque abutantur, doceantque, nullum te opus bonum, nullum pietatis officium, à tuis requirere: ſolam fidem te inſpicere, omnia ſcelera fidei donare: poteſtatem te, cuique viuendi vt velit attuliſſe, Hæretici quid agãt.

modò fidem verbis crepet, quam opere & factis abnegat, ſaluum fore. Et quoniã docuiſti, ſacramento Baptiſmi fidem in te tuumque patrem confirmari: ſignaculumque eius eſſe, ac fœderis perpetui inter te & hominẽ, eãque legem tuipſe tuliſti: vt nemo regni cœleſtis particeps ſit, niſi qui crediderit & baptiſatus fuerit: ſi non potero totum hunc tuum Baptiſmum euertere, èuertam partem eius: ac perſuadebo è tuis dictis rationibus ſumptis, recèns natos & infantes, vt fidei, ita nec baptiſmi capaces eſſe: vt ſi maturiùs, & antequã capaces huius ſacramenti per meos eſſe decernantur, vitâ exceſſerint, à tuo regno excluſi, in mea iura concedant. In pauca conferam, tuis tuorumque ſcriptis teſtimonijsque per meos deprauatis, te cum tua Eccleſia oppugnabo. Nec vana ea diaboli oratio fuit: ſuccedunt conſilia, toties turbata CHRISTI caſtra à perſugis iſtis videmus: tot duces contra Chriſtum reperti, quot nemo crederet inueniri potuiſſe: ineunt prælium aſſiduè, ſtrenuam

Hæretici turbant Eccleſiã.

operam

operam magiſtro ſuo diabolo nauant, peſtes ſuas proſeminant:contra quas remedia quiſque noſtrûm, vt ſuæ vires ferent, parare debemus: ac nos contra diaboli duces, pro Chriſto armare, diſciplinam ordineſque à maioribus inſtitutos tot ætatibus ſeruatos, tueri: hoſtique animarum noſtrarum, cum ſuis ducibus occurrere: arma Prophetarum, Apoſtolorum, ipſiusque Chriſti è ſuis armamentarijs depromere, ac ita ea tractare, vt à patrib. noſtris in Eccleſia ſancta Catholica tractari conſueuerunt, debemus: diſciplinæ maiorum & Eccleſiæ Romanæ ſemper memores. Et quoniam multa agmina tranſfugarum iſtorum nobis occurrunt, miſſis nunc cæteris, cum illo confligamus, cuius dux recens natis lauacri ſacramentum, cum ſumma eorum iniuria eripit: perſuadens, non eſſe eius ſacramenti capaces. Non dubium quidem eſt, diabolum ſalutis noſtræ inimicum, hoc agere, vt omnia ſacramenta, per quæ videt nobis gratiam Dei conferri, ex Eccleſia exturbet: omnemque memoriã diuinorũ bene-

Diabolus ſacramentum Baptiſmi oppugnat.

beneficiorum, mortiſque Chriſti, ac donorum eius, miſericordiæque erga nos aboleat: maximè verò ſacramentum Baptiſmi, ſine quo neminem ſaluum poſſe eſſe, quantumuis iuſtiſsimum videt, ſublatum eſſe velle: idque maximè tum egiſſe, cùm primum Eccleſia CHRISTI plantaretur, ac recens teneraque eſſet: tum enim vel maximè Sathanas per ſuos miniſtros, falſos Apoſtolos atque Hæreticos, ad circumciſionem omnes à baptiſmo pertrahere conabatur: hoc & nunc conatur, hoc agit per eosdem miniſtros ſuos Hæreticos. qui quoniam totum hoc Sacramentum euertere nō poſſunt, (hoc enim eſſet ad idola deoſque fictiles redire, ac nemo inueniretur hac tempeſtate. qui tam impium dogma ſequi vellet: nemo eſſet tā inſanus, qui tātum mendacium apertè non videret, ac autorem eius non exploderet, mendacia enim perſuaderi non poſſunt, niſi colore veritatis conformentur, atque veluti pallio, ſpecie veritatis ſimulata obtegantur. Quoniam igitur hoc totum ædificium ſtructuramque ſanctam in angulari

Diabolus ſacramentū baptiſmi oppugnat.

lapide

lapide Chriſto domino noſtro poſitam expugnare ſatellites iſti non poſſunt, Sathanæque ſuo magiſtro tradere,) cuniculis agendis, partes eius labefactare, ac demoliri ſtudent, & quam poſſunt operam, diabolo non impigri nauant.

PRAELECTIO SECVNDA.

ALij igitur ſunt, qui inunctionem oleo ſacro exorciſmos & alias cæremonias ab Apoſtolis inſtitutas, à patribus ſemper ſeruatas in Eccleſia ſancta: nobisque tanquam hæreditate & ſucceſſione continuata traditas, oppugnant. Satis eſſe ſola aqua tingi in nomine Patris & Filij & ſpiritus ſancti aſſerentes: eamque rationem ſolam abluendis peccatis noſtris ſufficere, cætera autem ſuperſtitionis & ambitionis eſſe. Alij iterũ & iterũ ad lauacra, baptiſmiq; ſacramẽtum redeundi poteſtatem dant, vt Marion, qui toties ad lauacra ſacra redibat, quoties ſe ſcelere contaminaſset. Alij alibi baptiſatos ad ſuum dogma accedentes iterum baptiſant. Alij verò infantes baptiſatos cum ad ætatem maturiorem venerint, rebaptiſãt, qui à repetito ſacramento

Variæ hæreſes circa Baptiſmi Sacramentum.

Epiphanius lib. 1. To. 3. Alphonſus libr. 3 aduerſus hæreſes. Vide item Epiphaniũ lib. 1. To. 2. de Hæreſi Ebionitarum.

mento Baptiſmi, Anabaptiſtarum cognomen ſortiti ſunt. Alij qui non in aqua, ſed in igne baptiſandum eſſe contẽdant: quorum duces, Seuleucum & Hermiam Galatas fuiſſe tradunt. Alij qui non in nomine Patris, Filij & Spiritus ſancti, ſed in nomine ignoti Patris omnium, & veritate omnium matre, & in eo qui deſcendit Ieſu baptiſandum docebãt, qui à Marco quodam mago Marcitę appellati. Non defuerunt qui Cataphriges appellati, qui mortuos baptiſarent. Inueniuntur item, qui nemini vtilem fore baptiſmum aſſerant, qui non ſimul cum Baptiſmo ſacramentum Euchariſtię ſumpſerit: qui idem aquæ baptiſmũ nullum eſſe, nullam vim prorſus habere contendant: niſi vnctio olei ſacri acceſſerit, quòd in eo tota vis ſacramenti baptiſmi cõſiſtat: quo in errore Armeni dicuntur eſſe. Sunt item alij, qui recèns natos baptiſmo non opus habere contendant, quod peccato originis nõ ſint ſubiecti, ſed puri naſcantur, qui error Pelagianorum eſt. Contrà reperti, qui ita neceſſariam ablutionem, & baptiſmũ aquæ

conten-

contẽdant, quorũ ſententiâ adultus quãtumuis fidelis, qui neceſsitate ꝓhibitus, ad lauacra aquæ nulla ratione accedere potuit, ſaluus eſſe nequeat: quales ſũt illi, qui ſtatim vt ſe Chriſtianos eſſe proteſtati ſint, ad mortem abrepti, ſanguine ſuo baptiſati, quos Eccleſia non ſolùm in numerum fidelium, ſed etiam in cathalogũ ſanctorum retulit, & iſtorũ errorem exploſit. Sunt item alij, qui etſi concedant per Baptiſmum peccatum originale dimitti, negant tamẽ, per illum omne peccatũ deleri, quod in baptiſatis maneat cõcupiſcentia, cuius dogmatis Lutherum ducem eſſe omnibus cõſtat. Non defuerunt item inſani quidam Flagellãtes appellati, qui non in aqua, ſed in ſanguine baptiſari oportere docerent: quorũ error ſua vanitate cõcidit, prorſusq; exploſus, ita variæ ſẽtẽtiæ variorũ circa hoc ſacramentum extiterunt, tam diuerſi errores, hæreſesq; diuerſæ, ab vno eodẽq; magiſtro diabolo excogitatæ, varij magiſtri ducesq;, qui diuerſis armis, diuerſis rationibus, diſsidẽtibus ſtudijs, omnes in Sathanæ caſtris militarẽt, regnũ

illi aſſererent, veritatẽ Chriſti oppugnarent. de quorum rationibus quas ſecuti ſint, & erroribus in quos prolapſi, & ab alijs viris doctiſsimis ſatis diſputatum eſt, & nobis aliâs dicendum erit. Nunc ad eos oratio noſtra ꝓperat, qui errorẽ illum veterem toties exploſum reuocant; & tanquã ignem ſæpiùs extinctum, quo ipſi ardeant excitãt: incautis creduliſque hominibus perſuadentes, recèns natos, & infantes non debere baptiſari, quod eius ſacramenti capaces non ſint. Quod his vt videre potui argumentis confirmant. Nam teſtimonium ſcripturæ nullum afferre poſſunt, cùm nullum verbum ita expreſsè inueniatur in ſcriptura, quod vetet infantes recenſque natos in ſacro fonte ablui, ſignaculumque fidei eis imprimi: improbitas autem iſtorum, eò impudentior eſt, quòd nobis fidem, niſi expreſſam ſcripturam proferamus, teſtimonijſque indubitatis dogmata noſtra cõfirmemus, nolunt habere, rationibus nullum ſe locum dare clamantes, cum ipſi ad rationes confugiant: ſcripturas ſacras malè interpretantes: ac ſenſus earum deprauantes,

Temeritas hęreticorũ

prauantes, & ad ſuas inſidioſas rationes vi detorquentes. Aiunt igitur iſti, infantes non eſſe Baptiſmi capaces: noſque damnant qui recens natos ad lauacrum regenerationis deferimus: & aqua ſalutari, verboque vitæ, fecem originis eorum abluimus. Aiunt enim agnitionem peccati, doloremque inde conceptũ, quam pœnitentiam vocamus, lauacri ſacramẽtum antecedere debere. Quod diui Petri teſtimonio ex Actis Apoſtolorũ confirmant: qui quærentibus, quid pro ſcelere in Chriſtum ſaluatorem ſuum admiſſo facturi eſſent, & quomodo ſcelus illud expiaturi: Reſponderit, Pœnitentiam eos agere debere, & vnumquemque baptiſari in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum: Infantes autem & recens natos pœnitentiam agere nequaquam poſſe: cum neque magnitudinem, neque turpitudinem peccati, neque iram Dei calamitateſque, & miſerias, quæ peccatum ſequantur, imo ne quid ſit ipſum peccatum, cognoſcere poſſint. Cognitio enim iudicium, rationem, & intellectum requirit. Recens autem nati

Rationes hæreticorum.

non ſolùm cognitione & iudicio careant:ſed etiam vix ſenſu illo, in quo vita conſiſtit præditi ſint. Addunt, neque tale quicquam cõmiſſum ab eis, vt meritò dolere debeant, pœnitentiaque duci commiſſi facinoris: addunt teſtimonia Patriarcharum, qui Eccleſiæ naſcentis Apoſtolorumque ætati vicinæ gubernatores fuerunt:qui neminẽ ad lauacrum hoc ſacrum admittere conſueuiſſent, niſi priùs inſtitutus, & myſterijs doctrinæ Chriſti & Euangelij inſtructus fuiſſet, & agnitis peccatis ſuis pœnitentiam exegiſſet: & huiuſmodi Catechumenos appellatos, quòd myſterijs ſacris, fideique in Chriſtum ante ſacrum baptiſma imbuerentur. Hæc prima eorum ratio eſt: addunt alteram non diſsimilem ei: Infantes non poſſe vti ſacramento Baptiſmi, propterea aſſeuerãtes, quòd baptiſmus eſt fidei in Chriſtum, quæ in infantibus inueniri non poteſt, ſignaculum. Aiunt enim fidem cognitionẽ requirere: quomodo enim, inquiunt, credent in eum, quem nó cognoſcunt: qui quid ſit, nó intelligũt, de quo doceri nó poſſunt.

Secunda ratio.

Fides

Fides autẽ teſte Paulo ex auditu eſt: auditus autẽ per verbũ Chriſti, cuius infantes capaces non ſunt. Cùm igirur fidem non habeant, neque Baptiſmum ſignaculum eius recipere poſſunt. Baptiſmi etenim fundamentum fides eſt: credere primùm neceſſe eſt, & tum demum Baptiſma ſacrum, quod fidei ſignaculum dicimus, recipere: quod ita eſſe debere, ratione ducta ex verbis Chriſti confirmant: quod CHRISTVS ita dixerit, Qui crediderit, & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Aut igitur, inquiunt, credant, vt Baptiſmi participes ſint: aut ſi credere non poſſunt, Baptiſmo non abutantur. Vbi enim primum, quod fundamenti inſtar eſt, locũ nõ habet, ibi neq; id, quod primum illud conſequitur, & in quo nititur, conſiſtere poterit: concludunt igitur, recèns natos nõ mergẽdos in aqua illa ſalutari, in nomine Ieſu Chriſti: ſed ſua dẽt expectandũ, dũ adoleſcãt: peccata agnoſcãt, pœnitentiã agant: quid ſit fides, quid Chriſtus, quę volũtas dei Patris ſit, cognoſcant, & ſuo iudicio approbent, ſeq; ei totos tradant: fœdus æternum cum

eo

eo ferientes: cuius fœderis ſignaculum ſacramentum Baptiſmi, corporibus ſuis animiſque impreſſum recipiant: peccata ſua, in lauacro illo aquæ, & verbi vitæ, abluentes, & nouum hominem, veteri exuto, induentes. Cum autem obijcitur

Hæreticorum error.

iſtis, infantes illos multis caſibus & periculis obnoxios eſſe, multa incidere poſſe, per quæ in extremum periculum deducantur: & vita ante excedant, quàm myſteria huius ſacramenti intelligere & approbare poſſint: quod ſi accidat, accidat autem ſæpè neceſſe eſt: omnino perituros, & æternæ beatudinis vitæque exortes fore, reſpondent illi, fide ſuorum parentum tanquam hæredes & participes eius, ſaluos fore: vitæque æternæ & omnium commodorum à Chriſto nobis promiſſorum compotes. Iſtam autem ſuam ſententiam, vel potiùs errorem ſtabilire conantur verbis D. Pauli in alium

1. Cor. 7.

ſenſum, quàm ille dixerit, deflexis: quod ille aſſerat, virum infidelem ſanctificari fide vxoris fidelis, contraque infidelem vxorem, fide mariti fidelis, ſanctam fieri: liberoſque ex eo connubio natos, mundos

dos eſſe. Nam hoc argumento infantes, ſi ex hac decedant vita, antequam credere debeant, agnoſcant: fide parentum fidelium purificatos & ſanctos decedere, vitæque cœleſtis participes eſſe concludũt. Hæ ſunt rationes & argumẽta iſtorum, quæ ſopitum ignem toties, viuo flumine teſtimoniorum ſacræ ſcripturæ à patribus noſtris extinctum, excitant, & ſumo ſui erroris, homines incautos excæcant: ac Sathanæ magiſtro ſuo, æternùm cruciandos tradunt, quibus quid reſpondendum eſt videamus.

PRAELECTIO TERTIA.

Aiunt igitur iſti, eum qui ad Baptiſmi ſacramentum accedere velit, eiuſque ſignaculum recipere, pœnitentiam agere primùm oportere: pœnitentiam autem ſequi, cognitionem peccati & turpitudinis vitæ antè actæ. quod quidem in adultis & ætate perfectis concedimus. Tales enim, primùm errorem ſuum, turpitudinem ſuam, calamitates, in quas peccando prolapſi ſunt, ac iræ Dei magnitudinem, pœnarumque grauitatẽ agnoſcant

Refelluntur hæreticorum rationes.

Adulti.

agnoſcant opus eſt: quam agnitionem deteſtatio vitæ turpiter actæ (quam pœnitentiã vocamus) ſequatur neceſſe eſt: moxque fidem in Deum Patrem & filium eius Ieſum Chriſtum accedere: cuius ſignaculum fuerit Baptiſmus, per quem turpitudo illa, & ſordes peccati abluantur. Apud hos loquitur & concionatur, de morte Chriſti Petrus: Hi ſunt qui Chriſtum tradiderunt, qui cruci eum affigi poſtulauerunt: his Petrus errorem ſuum demonſtrauit, quo agnito, pœnitentia facti ducuntur: & quem peruerſum hominem & falſum Prophetam iudicauerunt, Chriſtum eſſe mundi ſeruatorem, Dei filium, à prophetis in lege toties promiſſum agnoſcunt: quare agnito ſuo errore, pœnitentiâ ducuntur, & credentes in eum, in ſuo nomine baptiſantur. Hoc ſignum fœderis inter ſe & Chriſtum à ſe crucifixum aſſumentes, & hoc ſacramento ſe ei obligantes, ſeque ſuos milites contra diabolũ pro hoſtibus fore proteſtãtes. De infante autẽ recẽſque nato, hoc intelligi & accipi nec debet nec poteſt, qui ſub

Recẽs nati.

vexillo

vexillo Chriſti natus cũ lacte matris, fidẽ inſtitutaq́; Chriſti & eccleſię eius ſugat. In adultis igitur, & ætate perfecta hominibus, nõ ſolùm originis labes, ſed etiam peccata cuiuſque ſua ſacramẽto lauacri abluuntur, quare in eis pœnitẽtia antequam abluantur requiritur. In infantibus autem, qui non ſua culpa iræ filij ſũt, ſed origenis vicio, & tanquã calamitatis maiorum ſuorum hæredes, rei ante Deũ cõſtituuntur: etiã ſi nõ antecedat pœnitẽtia, ſacramẽto baptiſmi locus eſt. Nã qui aliena culpa cõtaminantur, morbũque naturæ & originis ſecum trahũt, non tam ſe repræhendere, ſuũque ſcelus accuſare, quàm quòd ea conditione nati ſint, alienoque ſcelere contaminati deplorare debent, maiorumq́ue ſuorum peccata deteſtari. Quanquam & hoc non videtur Hæreticis concedendum, quòd pœnitentiæ ante baptiſmum primũ locũ tradant: hoc enim etſi conſentaneum eſt, & ita Diuus Petrus turbam ſuum errorem agnoſcentem facere doceat, Ioannis tamen Baptiſtæ locus, de eadẽ pœnitẽtia & Baptiſmo diſſerentis, apertè monſtrat, pœni-

Non ſemper pœnitentia Baptiſmum antecedit.

Matt. 3. Luc. 3.

Locus Ioannis de pœnitẽtia.

pœnitentiam etiam Baptiſmum ſequi, ita enim ait: Ego vos baptiſo in aqua in pœnitentiam. quibus in verbis videmus, Ioannem primùm poſuiſſe Baptiſmum, pœnitentiæ autem ſecundum locum tribuiſſe, vt omnes qui ſignaculum fœderis cũ Deo pacti acceperint, & ſordes ſuas abluerint, vitam antè actam deteſtentur: & peccata quibus contaminati fuerant, & quæ in lauacro aquæ & verbo vitæ emundauerint, perpetuò execrentur, neq; ad ea deinceps redeãt, ſed potius nouum hominem induti, nouam vitam amplexi, à ſorde ſua emundati, pœnitentiæ locum dent. ſcopum enim ad quem referatur Baptiſmus, Ioannes vult eſſe pœnitentiam, docens nos baptiſari in pœnitentiam, quaſi dicat: Propterea vos nunc aqua abluo, vt deletis ſordibus veſtris priſtinis, quibus fœdati eſtis, pœnitentiam agatis, & ſcelera ſemel emundatá perpetuò deteſtemini, neque ad vomitum, vt canes, vel vt ſues ad volutabrum reuertamini: ſed ſemper vobis deleãt, quod aliquando corpora & animos veſtros contaminaueritis, iram Dei contrà

vos

os prouocaueritis,& diaboli ſerui, morſq́; pabulũ facti fueritis. Idẽ Euãgeliſta
e Ioãnne ſcribens, eodem in loco ſacramentum pœnitentiæ, cum baptiſmo iunit: ac vtrumque ſimul fieri & poſſe & ebere docet, ſic enim ait: Et baptiſaantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua, quæ verba apertè docent, tum os pœnitentiam egiſſe, & ſcelera ſua onfeſſos eſſe, cùm aquâ abluerentur. Iem Ioannes ait: Facite fructum dignũ œnitentiæ. Nouam vitam pœnitentiæ atim ſubijciens, inter quæ, baptiſmum ſti ſemper oportere eſſe medium volũt. Neque enim Ioannes hîc ait, Facite frutus baptiſmo dignos, ſed facite fructus œnitentiæ dignos: quòd pœnitentiam um baptiſmo iungat: neque neceſſarim eũ ordinẽ eſſe demonſtrat, vt pœnientia ſemper baptiſmo præcurrat, baptimus autem pœnitentiam ſequatur: cùm œnitentia & antecedere & ſubſequi, & quaſi comes, pari greſſu cum ſacramento baptiſmi incedere poſſit. Quamobrem & diuus Petrus poterat ſua verba ita contexere, vt priorem locum baptiſmo,

ſecundum pænitentiæ daret, dicens hoc modo: Baptiſetur vnuſquiſque in nomine Ieſu Chriſti, & pœnitentiam agat in remiſsionem peccatorum. Neque enim hoc loco D. Petrus ordinem in ſacramentis, quem ſemper ſeruare neceſſe fuerit, inſtituit: Sed tantùm remedia peccati quærentibus, quid facere eos oporteat: & quæ medicina arripienda illis, qui ſalui eſſe volent, monſtrat. Medicina autem eſt, pœnitentia ſceleris admiſsi, & baptiſmus in nomine IESV CHRISTI: Neque verò ſemper pœnitentiam neceſſariam eſſe in Baptiſmo, ſi nobis indulgere velimus, diſputationiſque frenos relaxare, & quicquid in buccam veniat, vt iſti facere ſolent, dicere, ſacraque ſcriptura abuti velimus, non poſſemus non probare: quis enim neſcit, pœnitentiam eſſe peccati comitem, cùm pœnitentia ſit ſcelerũ, & vitæ turpiter & impiè actæ deteſtatio. Videmus autẽ Chriſtũm, qui peccatum non fecit, ad Baptiſmum veniſſe: qui nunquam hoc feciſſet, ſi iudicaſſet, nuſquàm eſſe baptiſmo locũ, ybi

bi pœnitentia nō fuerit: cùm pœniten-
a locum non habeat, vbi antè peccatum
on regnauerit: ſed quoniam Chriſtus,
iuſtis, ſi quis verè iuſtus inueniatur, &
iuſtis legem ponere, omneſque ſaluos
ſe voluit: ſaluum autem abſque ſacra-
ento baptiſmi neminem fore vidit, o-
nibus exemplum ſeipſum præbuit, cu-
s actio inſtitutio noſtra eſt: quare &
aruulos etiamſi nihil tale intelligant,
eque pœnitentiam ſcelerũ, quæ nō ad-
iſerunt, agant, ad lauacra vitæ admitti,
ſordes originis ſuæ abluant, ſignacu-
m ſuum & fœderis æterni cũ Deo Pa-
e animis ſuis imprimant: ſeque vel ſua,
l aliena voce milites ſuos, hoſtes
item Sathanæ fore denuncient, vult.
ed quoniam iſti ſua argumenta vr-
ent, infanteſque & recèns natos, à vi-
lauacro ſummouent: quòd neque
œnitentiæ, pro peccatis admiſsis, ne-
ue intellectus rationiſque ita partici-
es ſint: vt quid ſit fides, cui, & in quem
redere, quem ſequi, cuius doctrinam
nitari, quem fugere & execrari eos
porteat: quique ſuæ fidei finis ſit,
D 2 quæ

quæ ſupplicia, ſcelera ſua maneant: animo concipere valeant. Quæ omnia vnicuique antequàm in lauacro illo ſacro, ex aqua & verbo vitæ lauetur, neceſſaria eſſe aſſerant: neque aliter fœdus illud inter hominem & Deum, cuius vinculũ eſt fides, ſignaculum autem baptiſmus, aut ratum Deo aut ſalutare homini fore. Videamus quid iſtorum rationes tam acutæ valeant, ac ipſum Chriſtum, quid & dicat & ſentiat de paruulis audiamus.

Sententia Chriſti de paruulis.

„ Recita Chriſti verba ex Matthæo: Tum
„ oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis im-
„ poneret & oraret. Diſcipuli autem in-
„ crepabant eos. Ieſus verò ait eis: Sinite
„ paruulos, & nolite eos prohibere, ad me
„ venire: talium enim eſt regnũ cælorum.
„ Et cùm impoſuiſſet eis manus, abijt inde.
„ Hæc Matthæus. Audiamus Lucam: Et
„ offerebant illi paruulos vt tangeret illos.
„ Diſcipuli autem cominabantur offe-
„ rentibus. Quos cùm videret Ieſus, indignè tulit: & ait illis, Sinite paruulos venire ad me, & non prohibeatis eos, talium eſt enim regnum Dei. Amen dico vobis, quiſquis non receperit regnum Dei veluti

ti paruulus, non intrabit in illud: & ‹‹
omplexus eos, & imponens manus be- ‹‹
edicebat eos. Hæc Lucas. Vidés ne tan-
em, Doctor bone, quàm tua doctrina à
hriſti voluntate & ſententia aliena ſit:
idis diſcipulos cominantes, & prohi-
ntes non ſolùm paruulos, verumetiam
os, à quibus offerebantur. viderunt, ſci-
cet, diſcipuli, paruulos nihil intellige-
: neque doctrinæ munerumque eius ſu-
n ætatem capacem eſſe, neque ſuo con-
io ad Chriſtum venire, ſed parentum
que amicorum manibus vel portari vel
educi. Commoti igitur, ipſi myſterio-
um & ſacramentorum rudes, ſuperſti-
onis eos reprehendunt, ac ne inanem
borem ſubeant: néue magiſtro ſuo, ali-
negocijs occupatiſsimo moleſti ſint:
on hortantur tantùm, ſed etiam ni-
deſiſtant cominantur: ſuperſtitionis
uæ eos mox pœnas daturos, verba ſua
minas negligentes, & ad Chriſtum
um ſuis paruulis contendentes, è medio
bmouent: neque ad Chriſtum accedere
atiuntur. Quid idem, tu cæce Doctor,
ui recèns natum, cum ſuis parentibus

patroniſque à lauacro vitæ, in quo ſordes originis ſuæ abluat, Sathanæque cauterio eloto, Dei & CHRISTI imaginem, tenero corpori, & menti puræ imprimat, impudenter, & ſumma cum impietate, prohibens facis: cuius improbitatem CHRISTVS, non ſolùm increpat verbis, ſed & facto ipſo doctrinam condemnat. Et quidem Apoſtolorum (cùm adhuc rudes myſteriorum Dei eſſent, neque doctrinam CHRISTI caperent) imprudentiam repræhendit, & moleſtè fert, prohiberi ad ſe venire paruulos. Et Apoſtoli excuſationem ignorantiæ habuerunt: quòd ſententiam & voluntatem magiſtri ſui CHRISTI nondum audierant: quòd non niſi ſolis adultis & intelligentiæ capacibus vtilem fore crederent fidem. Tu autem, nequam homo, cuius aures Chriſti verba aſsiduè perſonāt, cuius oculos veritas ſemper ſodit, nullam excuſationem habes: cominari tibi CHRISTVM ignem æternum, tuamque nequitiam damnari vides apertè: vt tamen operam

Hæretici cōtra verba Chriſti nituntur.

ram

m tuam magiſtro tuo diabolo, qui
endax ſemper fuerit, qui veritatem
ſiduè oppugnet, qui Deo aduerſe-
r, probes, tua mendacia CHRIS-
TI verbis & decreto de paruulo
ntempto, vrges: malicia ſiquidem
a, & ſtudium contentionis, te verita-
, quàm Eccleſia ſemper ſecuta eſt,
nſentire non ſinit: maliſque cæcus
x cæcorum eſſe, vnaque cum eis veri-
te oppugnanda, & luce verborum &
ntentiarum Chriſti, fumo menda-
j tui inumbranda, in foſſam Satha-
æ præcipitari, quàm ducem Eccle-
am ſequendo, in æterna tabernacu-
ſcandere. Audi quid Chriſtus di-
t, faciatque, repræhenſa impruden-
a diſcipulorum: iubet ad ſe paruulos
enire: quid? ſatiſne hoc illi viſum? mi-
ime: teſtimonium etiam eis præbet,
os eſſe hæredes regni cœleſtis & Dei,
ſerens, neque quenquam eius parti-
ipem fore, niſi talis vt paruuli factus
erit, & ea ſimplicitate animi, inno-
entiaque fidem receperit: ſed neque ſa-
s eſt illi paruulos illos vidiſſe & col-
 laudaſſe,

laudaſſe, ni etiã & manus imponeret, & arctius eos cōplecteretur, benediceret, & oratione fuſa ad Deum patrem, pro eis oraret. Quid igitur dices, vir argute, & nimium in ſacris voluminibus verſate? inanisne illa Chriſti manuum impoſitio paruulis, & benedictio Chriſti fuit? tua quidem ſententia inanis erit, quòd nil intelligant, quòd non ipſi ſuo iudicio ad Chriſtum venerint: quòd myſteria ſacramenti eius capere per ætatem, rationemque teneram non poſſent, ſed quòd, imperio parentum vrgente, quòd ab amicis, quòd à patronis offerrentur, quòd pœnitentiam peccati (cuius vim nō agnóſcerent, imò quid eſſet peccatum, quid mors, quid vita, quid ira Dei planè ignorarent) non antè exegiſſent, quàm à Chriſto reciperentur.

PRAELECTIO QVARTA.

ET primæ quidem rationi iſtorum, ſatis reſponſum eſſe puto. Secunda quam vim habeat, quàmque firmo nitatur fundamento, breuiter inſpiciamus. Aiũt illi, recèns natos, non eſſe capaces ſacramen-

enti baptiſmi;propterea, quòd neque
dei capaces ſint, cuius ſignaculum eſt
aptiſmus. Fidei autem capaces negant
ſſe propterea, quòd intelligentia ea ca-
eant, qua, quid ſit fides, & cui, & in
uem credendum fuerit, cognoſcant.
rguta, vt quidem illis videtur, ratio.
Iam & infantes ea ratione & intelligen
a deſtitui planè videntur, per quam fi-
ei myſteria apprehendant, appræhen-
ſuo iudicio comprobent: compro-
ata amplectantur: ac ſignaculum ei-
s baptiſmum, animis ſuis imprimant:
& Chriſtus primùm credendum eſſe, de-
nde in lauacro aquæ, & verbo vitæ om-
es, qui ſalui eſſe volunt, mergi & ablui
pertè docuit: cũ diceret: Qui credide- „
it & baptiſatus fuerit, ſaluus erit. Et „
quidem fidem abſque baptiſmo inter-
dum, vim magnam ad ſalutem in homi-
nibus fidelibus habere, non eſt dubium:
legimus enim plurimos, ob ſolam fidem
in Chriſtum, baptiſmo non accedente
non ſolũ ſaluos factos, ſed & in numerũ
Sanctorum relatos eſſe, quòd vel ſangui-
ne ſuo, quem pro Chriſto fuderunt, vel

 ſpiritu

ſpirituſancto , quem cum fide recepe-
rũt, abluti ſint. Spiritus enim ſanctus abſ-
que dubio corda fidelium emundat, ac
credentibus præſto adeſt: baptiſmũ ve-
rò abſque fide nullum eſſe, certiſsimum
eſt: nil lauacra aquæ fontéſque ad ſa-
lutem, abſque fide proſunt. Quamob-
rem ſcimus, omnes quicunque fidem
abnegauerint, è cordibusque ſuis eie-
cerint: & Chriſtum ducem deſeruerint,
etſi baptiſati in nomine ſuo fuerint,
perijſſe tamen. Hæc igitur duo ita
connexa ſunt, vt fidem baptiſmus ſe-
quatur, fideique pignus & ſignaculum
ſit. Quòd niſi fides, temporis copia da-
ta, nec vllo impediente ab eo qui cre-
diderit, ſacramento baptiſmi, apud
ſacrum fontem conſignata fuerit, ina-
nis eſt. Corde enim fidem conceptam,
apud lauacra hæc ſacra, CHRISTVS
ore profiteri, & aquæ aſperſione mon-
ſtrari voluit. quod niſi fiat, mortua fides eſt, nullámque vim ad ſalu-
tem homini Baptiſmum vel negligen-
ti, vel planè repudianti & de ſpicien-
ti

i præceptum CHRISTI, qui non
olùm credere, ſed etiam baptiſari præ-
epit, afferre poteſt. Et credere igi-
ur & baptiſari neceſſarium eſt, tum
ùm temporis ſatis fuerit, nullumque
mpedimentum, quô miniis credentes
aptiſentur interuenerit. Nam ſi nulla
oteſtas veniendi ad ſacrum fontem
redenti datur: vtpote, ſi ſtatim vt
rediderit, & CHRISTI ſe militem
ſſe profeſsus fuerit, in vincula conij-
iatur, tormentis ſubijciatur, ad cæ-
lemque protrahatur, propter ſolam
idem vitæ æternæ particeps efficitur:
quòd ſuo ſanguine CHRISTI fi-
lem teſtatus fuerit, & gratia ſpiritus
ancti ſordes ſuas abluerit. Credendi
empus & ſpacium, nemo ſe non ha-
bere, mentiri poteſt: quare increduli-
atis ſuæ, etiam ſi centies corpus ablu-
at, animo fide non antè purificato, nul-
lam excuſationem habere poteſt. Quòd
ſi quis, vt iſti docent, baptiſmi tempus
temerè

temerè differat ac procraſtinet, dumque ſuus infans adoleſcat, & rationis ac intelligentiæ altioris particeps fiat: nô imprudenter modò, ſed & improbè facit. Quam enim intelligendi vim & rationis expectet, non videmus. Si eam, quæ ex ſenſu originem ſumat, & quæ non niſi in hominibus ætate confirmatis & robuſtis locum habet: videamus quàm recte faciat. Si enim rationis & intelligendi facultas, quam ætas maturior attulerit, fidei in Deum Patrem & filium ſuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Spiritumque ſanctum magiſtra eſt: equidem vbi ea maxima ac perfectiſsima fuerit, ibi fidem ac myſteriorum & gratiæ Dei notitiam maximam, ac omnibus numeris abſolutam eſſe oportebit. Etenim vbi cauſa perfecta eſt, & ea quæ ab ipſa dependent, ac veluti è fonte ex ea promanant, abſoluta eſſe neceſſe eſt. Efficientium enim, & eorum quæ fiunt, ea conditio eſt, vt quale vnum fuerit, tale & alterum ſit. Quis autem ita rerum rudis ſit, & ita nonſolùm ab iudicio recto, ſed etiam à ſenſu alienus, qui non videat, ibi mi-

minimum loci fidei relinqui, vbi maxima ea intelligendi vis regnet? Nam quod doctus ille Philoſophus Ariſtoteles dixit, ibi minimam fortunam eſſe, vbi ſit maximus intellectus: quòd eiuſmodi homines pauca caſu, omnia iudicio faciant, & conſequantur: fortuna autem non iudicij, ſed temeritatis comes ſit: ita nos non dubitamus dicere, apud eos, minimum loci, vel omnino nil relinqui fidei, qui ad intellectûs ſui iudicium omnia reuocãt, ac nil credere volunt, niſi quod intellectus & ratio tale eſſe ſuadeat, argumentiſque indubitatis firmet. Nemo eſt, qui vel primis labris (vt dici ſolet) Philoſophiæ arcana deguſtauerit, qui neſciat, Nil intellectum appræhendere & cognoſcere poſſe, quod ſenſus corporeos effugiat, appræhendique ab eis nequeat. Notiſsimum enim eſt illud dictum Philoſophorum: nullam ſpeciem rerum intellectum & compræhendere & continere poſſe: niſi ea priùs ſenſibus compræhenſa, ac ad intellectûs iudiciũ cognitionemque tanquam ad honoratiorem & perfectiorem iudicem amandata,

Intellectus ſenſibus miniſtris vtitur.

Fidei myſteria ſenſibus non cõpræhẽduntur.

data,& tranſmiſsa fuerit. Quæro autem quo ſenſu myſteria rei compræhendantur, quibus oculis videantur, quæ de regno Dei, de eius beatitudine, de vita æterna, de ſupplicijs ſcelerum, de corporibus morte diſsolutis reparandis & excitandis? vt prætermittã altiora myſteria maieſtatis ac naturæ ineffabilis Dei atque Trinitatis, quæ do-

Plato quid neſciuerit.

ctus Plato neſciuit, Demoſthenes eloquens ignorauit: hæc enim ſapientia in myſterio abſcondita eſt, quæ myſteria nec oculum vidiſſe, nec aurem audiuiſſe, nec in cor hominis aſcendiſſe, Doctor gentium & propheta Iſaias teſtantur. Quæ autem ſenſus effugiunt, compræhendique eis nequeunt, neque in intellectu quærenda, ex ea ipſa lege, quam iſti ſapientes poſuerunt. Audiamus autem Paulum deſcribentem fi-

Fides quid

dem: Fides eſt, inquit ille, ſperandarum rerum ſubſtantia, argumentum non apparentium. Sperandarum rerum ſubſtantiam vocat Paulus fidem, quòd ea, quæ fides certa & indubitata bona promittat, non ſenſu, ſed ſola ſpe appræhenduntur:

tur: argumentum item eorum, quę non conſpiciuntur, quæ inuiſibilia ſunt, quæ ſenſus cognitionem effugiunt, quæ agnoſci nulla ratione, compræhendiq́ue niſi oculis intelligẽtiaq́ue fidei poſſunt. teſtatur etenim propheta, hæc non poſſe nos ſcire ac compræhendere, qualia ſint, niſi credamus, quæ quoniam ſenſum exuperant, nec ab intellectu, cuius maturitatem iſti cum ſuis liberis expectant, compræhendi poſſunt: & qualia ſunt intelligi. Non eſt igitur, cur intelligendi vim perfectam & ætate confirmatam in myſterijs fidei cognoſcendis ac conſtituendis, expectemus, quæ cum noſtro ſenſu, noſtroq́ue intellectu, nil ſimile, nullam conſonantiam habere poſſunt. Senſus enim miniſtri ſunt illius partis animæ, in qua mens & vis intelligendi ſita eſt, & ita miniſtri, vt quæ illi vel repudiauerint, vel capere propter ſuam imbecillitatem non poſsint, eorum intellectum nequaquam participem eſſe poſſe. Huic autem aſseuerationi noſtræ teſtimonium locupletiſsimum, ſuo exemplo ſapientes Eſaias.

illi

Philoſophi arcana fidei capere nõ potuerunt.

illi veterum Philoſophi, quorum ingenia, prudentiam, & in rebus cognoſcendis, iudicandis, cõpræhendẽdis, ſolertiam, acumenque intellectus, mundus miratur. Qui cùm ſe profiterentur de omnibus rebus & iudicare integrè, & dicere copioſe pro tempore poſſe, nilq; talẽ in rerũ natura inueniri, cuius ſcientiam & cognitionem non haberent, ſe omnia clariſsimè perſpicere, rerum occultiſsimarũ naturas perueſtigatas tenere: fidei tamen noſtræ & myſteriorum Chriſti, ne vmbram quidem conſequerentur, ac tantùm naufragium in hac noſtra luce fecerunt, vt nunquam inde emergere valuerint, tanquam ſcopulo acuto intellectu eorum, cuius vela in cæteris panderent, infixo. Cùm ea, quæ à Chriſto ſuiſque docerentur, inepta, & ab omni veritate abhorrentia, rationique non conſentanea iudicarent, quòd nõ intellectũ modò ſuũm illum acutum, ſed & ſenſus ſuos effugere ea viderent: totum igitur negotium fidei noſtræ repudiârunt, ac veluti inſanos Doctores noſtros riſerũt, & cõtempſerunt, ad ſuas rationes reuoluti.

Iactantia Philoſophorum.

Philoſophi fidem oppugnant.

Nec

Nec defuerunt ex eis, qui cùm viderent ea, quæ illi ſomnia hominum deliranti-um iudicarent, latius quàm illi vel vel-lent, vel putarent diffundi poſſe: libris editis impugnarent, & pertinaciſsimos aduerſarios fidei noſtræ ſe præberent. Cum ſi intelligendi acumen, & maturi-us illud iudicium, quod iſti infantibus ſuis deeſſe cauſantur, fidei noſtræ cauſa, myſteriorũque eius capax eſſet: illi ipſi qui tanta vi intelligẽdi præditi fuerant, primi crediſiſſent, primi ad Chriſtum veniſſent, ac cæteris (vt dicitur) rudioris Mineruæ duces ſe ſtrenuos ad eam rem præbuiſſent: ſed omnia contrà accidiſſe res ipſa docet: rudes enim, & vix aliqua intelligendi facultate præditos piſcato-res, non Philoſophos ex Licæo, Academiaque ad ſua myſteria docenda Chriſtus euocauit: idiotas ſelegit, fecem hominum, nauicularios & piſcatores à mari abduxit: doctiſsimis illis, & tanto iudicij acumine præditis, repudiatis: rudibus piſcatoribus, myſteria fidei ſuæ cõmendauit: Hos ſolos capaces eorum iudicans: imo verò gratias Deo Patri agit, Chriſtus rudes vocauit.

ſequi poſsumus, ſed ſola benignitate gratiaque eius, qui offert & donat aſſequimur: quæ gratia & lumen Dei, quia in omnes omnium ætatum, omnis ſexus, omnis conditionis homines effuſa ſit, omnemque hominem venientem in hunc mundum illuminet, quid eſt, quod tu doctor cæce, terminos ei præſcribas, & benignitati Dei frenos adhibeas? liberalem Deum, ſpiritumque ſuum ſanctum in infantes eſſe non vis, cùm ille in omnes ſit diues: & vt ſolem ſuper omnes oriri vult, ita omnes diſcrimine omni generis, fortunæ, ætatumque remoto, ad vitam vocat. Cur benignitatem ſuam certæ ætati aſtringis? & prudentiæ humanæ ſubijcere audes? Neque ætas, bone doctor, neque ſapientia noſtra, vel diminuere, vel addere virtuti ſpiritus ſancti poterit: vbi vult ſpirat, quem vult indurat, cuius vult miſeretur: eſt largus & diues in omnes: non minùs corda infantium, quàm iſtorum tuorum ætate robuſtorum ſenſus & intelligentiam illuminare poteſt, qui è lapidibus filios Abrahæ

Benignitas dei nõ coercenda.

Spiritus ſanctus.

facere poterit: ac non infantium tantùm pectora ſpiritum ſanctum, gratiam & fidem ſibi infundentem ſentiunt, ſed etiam inanima, omniſque ſenſus expertia elementa. Audis dici Deum benedixiſſe terræ, aquis, arboribus, cæteriſque, quæ vel ſenſu deſtituuntur, vel inanima manent, nihilo ſeciùs tamen benedictione ſua lætari, gratiam Dei in ſe infuſam fructibus vberrimis effuſis teſtari vides. Sentit mare imperium Dei, cedit Moyſi, ſentit Iordanis, ſentiunt eius aquæ, quæ iuſsu Ioſuæ diſsiliunt, locumque tranſeũdi populo Dei relinquunt: rumpuntur petræ, ac flumina effundunt, eodem imperante Deo. Vidéſne gratiæ & maieſtatis diuinæ vim? vidéſne quid in iſtis poteſtas & benignitas Dei efficiat, audes tamen negare, infantes, quid ſit fides, quæ ſolius ſpiritus ſancti & Dei, qui omnia in omnibus operatur donum ſit, capere poſſe, cùm ſpiritus ſanctus in cordibus eorum diffuſus, quæ ſit gratia Dei, quid fides, eis teſtetur, ac myſteria Chriſti eos edoceat: impium eſt enim credere, ſpiritum ſanctum, quem filius Dei à patre ſuo miſit

Elementa benedici ſibi ſentiũt

miſit, vt nos omnia doceat, quod in adultis poteſt, in recèns natis & infantibus nó poſſe: cùm omnipotens ſit. Sed dicis, ſcio fidem ex auditu eſſe, ſpiritum ſanctum docentem non audio: equidem non dubito te non audire, cùm auribus his, quibus ſpiritus ſanctus auditur, careas, quæ mentis animique ſunt non corporis. At diabolum ſua mendacia tibi ſuadentem, ad ſcelera hortantem, exaudis. In corde enim tuo callidus ille habitat, & cùm vocem eius nullam exaudias, nec quiſquam qui tecum eſt, ſuadenti tamen obtemperas, quod ille animæ tuæ adiunctus, occulta ratione tibi loquitur, & quod vult perſuadet. Quodſi diabolus efficere poteſt, multò magis Spiritus ſanctus, qui omnium corda ſolatur, & ſancta reddit: habet enim animus ſuos ſenſus, ſuamque intelligentiam, qua ſpiritum exaudit, ac docentem percipit, quem vel dicere adoleſcere, vel ſeneſcere, ætate confirmari, roborari, debilitari ridiculum fuerit: perfectus ſemper eſt, Deique munerum capax, cùm ſit decerptus, & delibatus ex ipſa diuinitate,

Aures quibus exaudiatur ſpiritus ſanctus.

ſimilitudinemque diuinæ referat, cùm ſit eiùs imago. Nec opus habet organis adultis, quibus ſpiritum ſanctum ſe docentem exaudiat, qui diffuſus in cordibus noſtris, ac connexus ſpiritui noſtro, quid ſit fides in CHRISTVM, quid gratia Dei, doceat. Hic mihi, doctor acute, Ioannes Baptiſta in vtero matris concluſus, neque dum organo corporis ſui abſoluto, ſemeſtris enim erat, quomodo CHRISTVM tantum conceptum, vteroque virginis concluſum, ad ſe veniſſe cognoſcit, ac gaudio & lætitia geſtiens, ſeruatori ſuo aduentum gratulatur? Dic quæſo, quomodo Iacobus ſenſerit, à fratre ſuo Eſau primogenita, quòd prior vtero exiret, ſibi præripi, ob eamque cauſam pede præhenſum vtero exeuntẽ tenuit? ne quod ſibi benignitate Dei deberetur, frater primum luce hauſta occuparet: vnde his ſenſus, vnde contentio in vtero? & illa intelligentia donorum & gratiæ Dei in iſtis, qui nondum nati, nondum hanc lucem aſpexerant, quorumque corpora nondum integrè forma-

Ioannes baptiſta.

Iacob & Eſau.

ta

ta fuerint. Quis Ioanni CHRITVM ad ſe venire nunciauit? quis tantam lætitiam in corde eius excitauit? ſcio quid reſpondeas, ſpiritum ſanctum dices:& quidem recte, & nos eundem ſpiritum ſanctum, ſenſum fidei & gratiæ Dei, in cordibus infantium, dum in lauacro aquæ in vitæ verbo abluuntur, dum benedictionem à miniſtris Dei accipiunt, excitari dicimus. Vbi autem is magiſter eſt, à quo omnis ſapientia, quis tam ſtupidus erit, qui ſcientiam ſenſumque ibi eſſe neget? in vtero ſe ſanctum factum ac purgatum, ab vtero vocatum Propheta teſtatur, per quem quæſo ſanctificatus? à quo vocatus? à Spiritu ſancto reſpondes, & nos per eundem Spiritum, qui eum ſenſum Prophetæ in vtero matris concluſo dedit, vt & Deum ſe vocantem exaudiret, & gratiam eius in ſe effuſam cognoſceret, infantium pectora ſanctificari, ſenſumque in eis excitari, ac mẽtes ſuas illuminari, vt quid ſit fides, quid gratia Dei, in ſe effuſa intelligant,

confitemur. idem enim ſpiritus in omnibus operatur. Et quoniam argumentum tuum, tuique erroris firmamentum vrges: intelligere non poſſe infantes, quid ſit fides, cùm intelligentia ob ætatis infirmitatem, ſenſusque imbecillitatem careant: expectandumque tempus, cùm intelligentia eorum ætate confirmetur, & cum viribus corporis adoleſcat, & vires ſuas exerat, ſuoque & integro iudicio vti de rebus poſsit: nos tibi reſpondemus, ſiquidem de iudicio earum rerum quæ ſub ſenſum cadunt, & à ſenſibus ad intellectum, vt iam diximus, remittuntur loqueris: habes quod defendas, de his etenim rebus intellectus, iudicium faciens, ſenſibus organiſque eorum opus habet, quæ ſi vel corrupta, vel deprauata, vel debilitata fuerint, intellectus officio ſuo rectè fungi non poteſt. quemadmodũ enim artifices, quantumuis peritiſsimi artis, inſtrumentis ſuis deſtituti, ſcientiam ſuam atque dexteritatem in conficiendis rebus monſtrare nequeunt: ita intellectus organis ſenſuum priuatus, iudicare de rebus incorruptè

Intellectus abſque ſenſibus officio ſuo fungi non poteſt.

&

& integrè non poteſt, quare ſeneſcente corpore, organiſque ſenſuum debilitatis, ſeneſcere animum, & vim intelligendi dicimus, non quòd quidem ea pars animi in qua intellectus princeps eſt, vel ſenectutis uicia intra ſe ſentiat, vel vllis incōmodis afficiatur, vel vlli corruptione, mutationi, diminutioníue obnoxia ſit, ſed quòd ea per quæ vim ſuam demonſtraret, his incommodis afficiantur, dicimus eam quoque animi partem eis incommodis affici, vt autem neque ſeneſcit, neque diminutionem vllam patitur, ita neque adoleſcit, incrementáue vlla capit. Sed dicimus intelligendi vim illam adoleſcere, quòd organa ſenſuum adoleſcant, & ætate roborentur, quibus roboratis, intellectus vt inſtrumentis perfectis in rebus agnoſcendis & dijudicãdis vtatur. Quæ quidem incrementa tum ſenſuum, tum animorum, interim neceſſaria dicimus, cùm de rebus quæ ſub ſenſum cadunt, iudicium conſtituendum, quod ſine ſenſu quid ſint nec cognoſci nec intelligi poſſunt. earum enim ea natura eſt, vt niſi oculis ſpectandæ ſubijciantur,

Intellectus quomodo ſeneſcat.

 antur,

antur, niſi in auribus perſonent, niſi voce quid ſint explicentur, ac ſenſibus pertentandæ ſubijciantur, cognoſci intelligique non poſſunt. At cùm myſteria Dei, & ſpiritus ſancti dona cognoſcenda fuerint, ſenſibus iſtis corporeis nil opus eſt, nec organis eorũ in ea cognitione miniſtris intellectus vtitur, officia eorũ priori illi rationi cognitionis relinquit, fide vt certiſsimo argumento ea appræhendit, cognoſcit, iudicat, amplectitur, & in eis acquieſcit, audit prophetam dicentem: Si vis hæc intelligere, credendum eſt: niſi credideris, non intelliges. Magiſtro igitur hic vtitur &. lumine ſpiritu ſancto organo, & inſtrumento fide. Quoniam autem ſpiritus ſanctus effunditur in infantes, in cordibusque eorum, vt in templo habitat, eodem lumine quo omnia illuſtrat, mentes infantium illuminat, fidem inſpirat, quæ in cordibus eorum puris & teneris radices agat: nec ad eius cognitionem organis corporeis opus habent, cùm internum magiſtrum, lumenque habeant.

Sanctus ſpiritus effunditur in infantes

Nam

Nam quòd eam confiteri vt adulti nequeant, id organorum ſenſuumque, quibus in ea monſtranda vtantur, imbecillitate fit, non quòd fide pectora eorum animique vacui ſint. Non enim ad fidem concipiendam, quæ ſpiritus ſancti donum eſt, ſenſibus organiſque opus eſt, cùm ſpiritus ſanctus ſine his animis noſtris illabatur, ſed teſtandæ ac demonſtrandæ, apud nos organis, quæ in infantibus infirma ſunt, opus eſſe dicimus: corde enim cum Paulo credimus, ore autem fidem confitemur. In corde Ioannes Spiritumſanctum, fidemque incluſam tenebat, motu corporis eam, lætitiamque ſuam monſtrabat, eodemque ſpiritu creſcens confortabatur. Non eſt ergo, quod iſti clament, intelligentia opus eſſe, ad fidem appræhendendam: totum hoc commentum repudiandum, neque expectandum tempus, dum ſenſus, organaque eorum ætate roborentur, & fidei cognitioniſque eius capaces ſint: cum ſpiritus ſanctus tacitas mentes inſtruat: nec ſemper per auditum hunc corporeum fides diſcitur, ſed

etiam

etiam & multò certius, per auditum animi, qui ſpiritum ſanctum intùs clamantem ſecundum ſuam naturam capacitatemque exaudit. Hic ſpiritus docet nos clamare, Abba pater. Hic in Apoſtolos effuſus, linguas, quas non nouerant, eos edocuit, quamuis ſermo non niſi per auditũ diſcitur, ſed illi ſpiritum ſe docentem audierunt, non carneis auribus, ſed animorum & mentis: quo auditu & ſenſu, quoniam infantes non carent, eundem ſpiritum ſanctum fidem in cordibus ſuis reſonantem, gratiam Dei myſteriaque diuinitatis eius explicantem audiunt, ac ita fides in eis ex auditu eſt, non quidem carneo, quo hominum voces percipimus, ſed per mentis & animi, quo ſpiritus ſancti vox & doctrina percipitur. Auferant ergo iſti ſapientiam iſtam carneam, quam dominus per prophetam denunciat ſe perditurum, atque reprobaturum: carnis hæc eſt intelligentia, fidei donorumque Dei ac lucis ſpiritus ſancti minime capax: eam quæ mentis eſt, quam ſpiritus ſanctus excitat fidei apprehendendæ neceſſariam eſſe dicamus.

Apoſtolorũ magiſter ſpiritus ſanctus

Ac

Ac tandem cõcludamus, vbicunque ſpiritus ſanctus inhabitet, quorumcunque corda menteſque illuſtret, in eis fidei locum eſſe, nec negemus ſpiritum ſanctum infantibus infundi, quorum Chriſtus regnum cælorum eſſe docet. Vbi autem ſpiritus ſanctus ſit, ibi eam eſſe, ibi eam inhabitare, nilque eſſe quod prohibeat baptiſmum. Quam quoniam in animis infantium à ſpiritu ſancto infundi docuimus, baptiſmum eis non negemus, vt vbi ſit fides, ibi & ſignaculum eius locum habeat. Quod ſi hæc quæ dicta ſunt, non ſatisfacere nobis: & magis rationes ingenio humano conformatas, quàm expreſſum Dei verbũ præſeferre videntur: at certe Chriſti domini, veritatis ipſiſſimæ verbis expreſsis, repugnare non poterimus: qui infantes & puſillos intelligendi acumine deſtitutos, fidem in ſe habere, apud Matthæum clariſsimè teſtatur, cùm comminatur graues pœnas eos daturos, qui paruulos, fideſes ſuos, deprauauerint. Ita enim ait: Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, qui credunt in me: & quæ ſequuntur, vbi apertiſsimè docet

docet puſillos, hoc verò eſt infantes rationis altioris & intelligentiæ eius, quam iſti ad credendum requirunt, nondum vel capaces vel participes: in ſe tamen credere. Quòd ſi credunt, fidem certe habent, credere enim, fidelem eſſe, fidem habere, ex eodem fonte promanant, ac prorſus idem ſunt, & vbi vnum ſit, ibi reliquis neceſsariò locum eſse negari non poteſt. Non eſt igitur, quod amplius dubitemus, rationesque perquiramus, quibus infantes noſtros fidem in CHRISTVM habere demonſtremus, cùm ipſa Dei patris veritas, CHRISTVS dominus noſter, hoc ita ſe habere expreſsè teſtetur, cuius autoritatem ſecuti cum infantibus noſtris ad lauacra baptiſmi curramus, & Sathanam ex atrijs eorum cum ſuis miniſtris excludamus: ac vt primùm nati fuerint, originis peccatum expurgemus ac ut nutrimentum præſens mali fraude diaboli, flamma cupiditatum concepta, incendium quo abſumantur excitaturum, ab animis eorum amoueamus, emundemus, aquis lauacri

acri ſacri & verbo vitæ fecem illam naturæ, ac radicem ſcelerum, antequàm palmites proſerat, vel prorſus ex eorum mentibus exſtirpemus, vel ſaltem præcidamus, Chriſto domino vt arctiùs eos amplectatur, & ſua benedictione emundatos, doctrinæ ſuæ, ac fidei ſanctæ, quã ſapientia mũdi nõ capit, capaces efficiat, ac periculo mortis ſecuros reddat, quòd eis non emundatis, & fomite integro flammam peccati fouente impendeat, puros offeramus.

PRAELECTIO QVINTA.

SEd ſatis puto vtrique rationi aduerſariorum ſuis argumentis reſponſum eſſe: nunc quæ contra vtramque communiter dici poſſunt, videamus. Non eſse eam voluntatem CHRISTI, vt recèns nati ſacramento Baptiſmi initientur, aſserunt iſti: tum quod fidei capaces non ſint per ætatem, tum quòd pœnitentiam delictorum, uæ non ſolùm non

admittant,

admittant, ſed neque quid ſit delictum ſcire poſsint, cùm vtrumque, antequam quis ad lauacra illa ſacra accedat, neceſſarium eſse Chriſti teſtimonio doceant: inmemores, Chriſtum neminem perire, omnes ſaluos eſſe velle: omnium miſereri: omnes absque vllo diſcrimine ſexus & ætatis ſub peccato concluſos: omnes miſericordia Dei egere. Equidem certum eſt, neminem ingreſſurum in regnum Dei, niſi qui renatus ex aqua & ſpiritu fuerit: neminem ſaluum ſore, niſi qui crediderit, & baptiſatus fuerit: certum item eſt, fidem in Chriſtum & Deum, non currentis neque volentis, ſed Dei miſerentis, & ſpiritus ſancti donum eſse: non ſapientum mundi (quos Deus reprobauit, ſapientiamque eorum perdidit) inuentum, ſed paruulorum, rudium, & ſimplicium, omniumque quorum miſeretur, à Deo patre cœlitùs demiſſum munus. Omnium autem eum miſereri, omnes ſaluos eſse velle diximus, niſi nos ipſi miſericordiam eius vltrò ſe offerentem, atrijs cordium noſtrorum excludamus, niſi nos ipſos vitijs noſtris,

Chriſtus neminẽ perire vult.

Nemo ſalutis particeps niſi ablutus.

Omnium deus miſeretur.

&

c ingratis animis indignos benignitate
ua reddamus: ac nos noſtra malitia, ei-
s bonitate priuemus. Cùm igitur om-
iũ miſeretur, & omnes ſaluos eſſe vult:
uæramus, quomodo volet ſaluum in-
ntem eſse: cui ſi vel maximè vellet ſuc-
urrere, nequeat tamen, cùm ita conſti-
ıerit, eamque legem tulerit (vt iſti im-
udenter ratiocinantur) vt infans non
ntè capax ſacramenti baptiſmi iudice-
ır, quàm maturitate ætatis iudicium
ıle conſecutus fuerit: vt ipſe, quid ſit fi-
es, quæ myſteria ſacramenti huius, quē
aptiſmum vocamus, intelligat: ac ipſe
ıo iudicio, fœderis inter ſe & Deũ au-
or ſit: ipſe in verba Chriſti iuret, & ſi-
naculum fidei ſuæ, & fœderis ſui cum
eo: Baptiſmum approbet, & recipiat:
uòd ſi aliter fiat, & imprudens nec tale
uid cogitans, aut non internoſcens
rcana Dei, huic ſacramento initietur,
il ei profuturum, totumque irritum fo-
e pronunciauerit, & ſuæ diuinitatis de-
reto firmauerit: profectò infanti illi,
ontra ſua decreta ſuccurrere non pote-
it, neque eius miſereri: cùm viderit, e-

um antequàm baptiſmi capax fiat, ad eamque ætatem perueniat, quàm iſti è ſuis verbis fraude ſua deprauatis, aptam eſſe huic ſacramento definiunt periclitantē, ſtationeque vitæ, in quam modò ingreſſus eſt, fatis reuocatum decedere, ac diabolo pro ſua libidine excruciandum tradi. Certū eſt enim, eū vitæ & regni cœlorum non fore participem, quòd non baptiſatus deceſſerit, cùm nemo vitæ æternæ compos eſſe poſſit abſque hoc baptiſmi ſacramento. Non eſt igitur dubium, infantem illum perijſse, miſericordiæ Dei omnibus promiſsæ exhæredem factum: & irritum caſu ſuo illud feciſſe, quod dictum eſt: Deum neminem perire velle: Deum omnes ſaluos eſſe velle, omniumque miſereri. Vides enim iſtum tuum alumnum, quem non eſſe capacem baptiſmi voluiſti, non abluta originis ſorde vita exceſsiſſe. Quid igitur dices? profectò verba CHRISTI immota ſunt, faciliùs machinam mundi diſſolui poſſe, quàm apicem vnum ex eis mutari. Ait autem ille, nominatim de paruulis loquens: Non eſt voluntas ante patrem

Infantes non baptiſati pereūt

trem

trem, qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis: audíſne quid CHRISTVS dicat, audis eius decretum, neminem puſillorum interire, patrem ſuum velle, affirmantem audis. intereunt autem omnes, qui decedunt non initiati ſacramento Baptiſmi, non loti aquis ſacris, & in verbo vitæ: contrarium tu, vir bone, decreto CHRISTI doces, contrarium decretum profers, aſſerens non eſſe eam voluntatem ante Deum patrem, qui in cœlis eſt, vt infantium, & puſillorum quiſquam aquâ ſacrâ & verbo vitæ abluatur. quomodò enim non vult Deus puſillos perire, ſi non niſi, vt tu doces, pueritiam exceſserint, ad fontes Baptiſmi eos nō patiatur admitti, cū antequàm eam ætatem exceſserint, prudentiamque & intelligentiam myſteriorum Chriſti, ſacramētorumque eius cōſequantur, vitam cum morte ſæpè commutent, variiſque caſibus è medio auferantur. Vidéſne Chriſti verba tuis rationibus aduerſari? & apertè repugnare decretis tuis, apertè monſtrare, voluntatem Dei patris eſſe, ne quis pereat, cùm tu

Infātes periculis obnoxij.

 cum

cum tuo magiſtro diabolo, laqueos, inſidioſa & peruerſa ſcripturæ & verborum Chriſti interpretatione, infantibus tendas, & captos, antequàm ad ſontem ſalutis veniant, dolis tuis perdas, ac Sathanæ tradas. Omnes ſub peccato concluſos eſse, audis dici, neque negare audes: quæro, ſi omnes ſub peccato concluſi, quomodo non omnes filij iræ? quòd ſi omnes filij iræ, quam peccatum accendit, habemur? & vbi peccatum fuerit, ibi mortem regnare? profectò negare nô poteris, omnes eos in poteſtate diaboli eſſe, quicunque ſordes peccati non abluerint. Sed neque ignoras, mortem eſſe ipſum diabolum, quod eius miniſter & inuentor fuerit. Si igitur omnes ſub peccato concluſi, omnes mortis & diaboli ſerui ſumus, peccatum enim mortem, cuius Sathanas miniſter eſt, attulit, eoque chyrographo contra nos abutitur: ob peccatum nos ſuæ poteſtati traditos eſſe demonſtrans: & hunc quidem chyrographum Chriſtus cruci affixit, & ſanguine ſuo deleuit, ea tamen lege, vt qui manus diaboli poteſtatemque effugere

Mors diabolus.

Chyrographus diaboli.

volet,

olet, vtpeccata, quibus ſyngrapha illa
iabolo tradita conſcripta ſit, in aqua
aptiſmi, & verbo vitæ dermergat, fe-
em illam peccati, nullo eius veſtigio in
nimo ſuo relicto abluat. Quod quoniã
æreticorum iſtorum decreto, infantes
cere nequeũt, fonteſque ſacros baptiſ-
i adire prohibentur, & vita antè exce-
ant, abſque omni dubio in poteſtate Sa-
anæ relinquuntur: ac ita pereunt. Vn-
e concludimus, aut illud non eſſe ve-
um, quod dictum eſt, Deum neminem
erire velle: quod certe falſum eſſe non
oteſt: aut iſtorum doctrinam inanem
eritatis, & mendacem eſſe, quæ miſe-
os infantes, ſuis mẽdacijs ierretitos Sa-
anæ tradat, mortiq́ue æternæ ſubijci-
. Ad quam perniciem eorum, autorita-
ſcripturæ, ac Chriſti doctrina liberan-
is nobis à tyranno diabolo, è ſinu Dei
atris allatæ abutuntur. Neque vident Malitia hæreticorũ.
vel potius quidem vident, ſed detineri
tenebris veritatem, quàm in lucem
roferre, malunt) ſacramenti huius fi-
uram in lege ad viuum fuiſſe expreſ-
am, circumcidendis infantibus: quod

enim illis, qui ſub lege erant circumciſio fuit, id nobis baptiſmi ſacramentum eſt: niſi quòd baptiſmi ſacramentum tantò præſtantius ſit, quantò res ipſa ſuæ imagini, veritas in luce poſita figuræ adumbratæ præſtet: nihilominùs tamen certum indubitatumque eſt, eum locum Baptiſmi ſacramentum tenere in Eccleſia CHRISTI, quem circumciſio in lege Moyſi & Patriarcharum tenuerit, vtriuſque idem vſus, finiſque idem. Vt enim circumciſionem, ſignaculum fidei ſuæ, corpori ſuo impreſſum, Abraam accepit: ſic nos ſignaculum fidei noſtræ in Ieſum Chriſtum Deumque patrem recipimus baptiſmũ: hoc tantùm diſcrimen eſt, quòd illi præputium, nos corda circumcidamus: illi corpori ſignaculum fidei in Deum, nos animis noſtris imprimimus: lex enim carnalis eſt, euangelium gratia ſpiritus, cætera planè idem ſunt, & eiuſdem fœderis, & eiuſdem fidei ſacramentum. Credidit Abraham, & iuſtus apud Deum reputatus: & nos credimus, fideque eadẽ qua Abrahã cũ ſuo ſemine, per vias Domini incedere, volũtati

Circumciſio figura baptiſmi.

Lex & Euãgelium.

Auguſtin. in.Io.Ioan.

tiſuæ parêre, & nuſquã ab ea deflecti.
oc idem nobis præcipitur, hoc promit-
mus, & in hæc eadẽ verba iuramus. Ac-
epit Abraham repromiſsionẽ futurorũ
onorum, multiplicandæ ſobolis, reg-
orum multorum poſsidendorũ: contra
em Abraham credidit in ſpem, hoc i-
em facimus: eiuſdem repromiſsionis
articipes ſumus, regna non huius mun-
i, ſed cæleſtia, quorum typus & figura
ant illa, quæ Abrahæ promiſsa ſunt,
CHRISTVS dominus, in quem
redimus, nobis promiſſit, obſignata fi-
es fœdusque Abrahæ præputio circũ-
iſo: obſignatur noſtra ſacramento ba-
tiſmi in cordibus noſtris, fœderis æter-
i cum Deo patre per mediatorem Ie-
um Chriſtum, hoc ſignum accepimus.
ũm igitur vtrumque hoc ſignaculum
dei in Deum eſt, fœderiſque cum Deo
acti, quod de altero ſentimus, ſentia-
us idem de altero neceſſe eſt: quod de
nagine & typo, id de rei veritate iudi-
are nos decet. At verò quis eſt, qui neſ-
iat, circumciſionis ſacramentum nõ ſo-
ũm adultis. iudicioque maturis, ſed in-
 fantibus

Octaua die infans circũciditur.

fantibus etiam octauum diem natis domino præcipiente imprimi ſolitum. In eo enim fœdere, quod cum Abraham & ſuo ſemine Deus percuſsit octauum diem, nati infantis, præputium circumcidi iubetur, pœna capitali, in omnes, qui hoc fœdus violare, ſignumq́; eius repudiare auſi fuiſſent decreta: quod quidem ita eſſe, ipſius verba Domini quæ proferam, docent. Ait enim: Omnis maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. Quod quoniam dominus ipſe præcepit, æternumque ſeruari voluit, nemo ita audax repertus, qui aut negligere auderet: aut ſi auſus eſſet, non ſtatim pœnas temeritatis ſuæ daret. Præcepit autem Dominus, non adultos ſolùm, ſed omnem maſculum circumcidi, quicunque octauum diem, poſtquam in vitam ingreſſus eſſet, attigiſſet: nec minùs infantem ſuo fœderi, ſuiſque myſterijs non initiatum, quàm maturos, pœnas daturum minatur. Neque vllas excuſsationes & illa verba admittunt: Quid ego feci?

Neglectæ circiunciſionis excuſationes non recipiũtur.

i?quid commerui?infans fui, vix ſenſus
ıtæ compos: fœdera iſta nec vnquam
udiui, nec quæ eſſent, quibúſue conditi-
nibus facta, ſciui: iudicio per ætatem
arui, & ea vi intelligendi vt poſsem ſta-
uere, amplectendáne, an repudian-
a potiùs, ea fœdera eſsent: nemo me
nuitum, ignarum, & iſtorum omni-
m imprudentem, obligare potuit: ipſe
neo ipſius arbitrio, in verba Domini
Dei iurare debui, ac ipſe mihi iugum
oc imponere. Expectare dum adole-
cerem, rationis & iudicij integri com-
os factus eſsem: ac tum demùm ſi tua
œdera probarem, & ſub tuis ſignis ſti-
endia facere vellem, ipſe me ſacramento
uo obligarem: quod ſi feciſſem, nec
ua ſigna ſequerer, haberes iuſtam ratio-
em de me pœnas ſumendi: me vt prodi-
orem caſtris tuis eijciendi, ac hoſti
uo tradendi: quoniam autem non fe-
i, pœnam non mereor, non temerita-
e mea vlla factum, ſed imprudentia po-
iùs, & quòd ignarus tuorum fœderum
uerim: in verba tua non iuraui, teſseram
te non accepi, ſignum corpori meo tu-

um non impreſſi:non mea culpa eſt, verũ ætatis: vbi autem culpa abfuerit, neque mulctæ locus ibi datur:nó eſt ergò quòd in me ſæuias, quòd me de populo meo tollas, quòd diabolo in me poteſtatem des, ac ſecum in tartara me præcipites: Non recipit hanc excuſationem, non audit hæc verba autor fœderis DEVS: improbata defenſione ſacramenti proditi, ſignorum derſertorum, fidei non ſeruatæ, fœderis violati pœnas depoſcit, deſertorem ſacramenti, violatorem fœderis ſui caſtris ſuis exturbat, ac luce & vitâ priuat. Impreſſum ſignum ſuum, & teſſeram traditam repoſcit: quam cùm apud quem in ſuis caſtris non repererit, in eum tanquàm in hoſtem, & ſui ſacramenti, ſuæ militiæ deſertorem, proditoremque ſæuit: mortis eum condemnans reum. Et Iſaac quidem primùm omnium, octauum dié infans natus, huius fœderis inter patrem ſuum Abrahamum & Deum Dominum factum, ſignum, fideique ſuæ ſignaculũ accepit præputio circumciſo, non ſuo ſed patris iudicio

&

& voluntate: quod fœdus cum adoleuiſ-
ſet, non ſolùm non improbauit, ſed to-
tis viribus complexus ſeruare ſemper
contendit. Ac ne Moyſes quidem ad
has excuſationes confugere, dum im Ae-
gyptum miſsus diuerſorium ingreſſus, Moyſes pe riclitatur.
Dominum ad ſe perdendum venien-
tem videt, quōd huius fœderis deſertor
videretur, liberorum ſuorum præputio
non circumciſo, audit expoſtulantem
ſecum Deum, pœnaſque ſibi intentantem
Moyſes: quòd pacta ſua cum Abraha-
mo ſemineque eius deſeruerit, filium fœ-
deri ſuo non initiauerit, ſignumque fi-
dei in ſe ei non impreſſerit, cùm ſciret
in fœdere illo hoc eſſe comprœhen-
ſum & denunciatum: omnes ſe in loco
hoſtis habiturum, in quibus ſigna ſua teſ-
ſeramque non videret. Vbi expende di-
ligentiùs, non ſolùm liberos Moyſi non
agnoſcere ſuos Deum: ſed etiam ipſi pa-
tri malum comminari, qui ita negli-
gens, ita ſecurus, eius fœderis fuerit,
vt liberos cum præputio duceret. Audi
quid dicat ſcriptura, Cū eſſet in itenere
in diuerſorio, occurrit illi Dominus, &
volebat

volebat eum occidere: Cur quæſo? quòd liberos non circumcidiſſet, quòd ſignũ fœderis pacti cum Deo, corpori eorum non impreſsiſſet. Audi iterum quomodo liberatur. Tulit illicò Sophora petrã acutiſsimã, & circumcidit præputium filij ſui, tetigitque pedes eius, & ait: Sponſus ſanguinũ tu mihi es: & dimiſit eum, poſtquàm dixerat, Sponſus ſanguinum tu mihi es, ob circumciſionem. Hæc Moyſes de ſe ipſo, in quibus quis non videt, deum pœnas à parentibus expoſcere, qui infantes ſuos iuxta ſuum præceptum ſibi offerri, ſibi conſecrari, myſterijs ſuis initiari, in ſua caſtra deducere negligant? Pœnas ab Moyſe dilectiſsimo repoſcit, quòd filij præputium non circumciderit: quòd ſignum fœderis ſui, corpori ſuo, iuxta pactum ſuum cum Abrahamo octauum diem nato, non impreſſerit: quòd ætatem eius maturam, iudicij & intelligendi capacem, (vt iſti CHRISTI caſtrorum proditores, ſacramentique eius deſertores fieri debere docent) expectaret. Non ab infante autem non circumciſo, ſed

ſed à patre, in cuius poteſtate erat, dominus pœnas repoſcit: quòd non infantis iudicio carentis, & poteſtati paternæ ſubiecti temeritate, ſed patris negligentia ſacramentũ Deo non dederit. Quod quidem exemplũ clariſsimum & indubitatum argumentum eſt, parentes pœnas daturos graues, qui dum expectant ætatem liberûm ſuorum maturam, vt ſuo iudicio CHRISTI fidem profiteantur, in diſcrimen vitæ eos adducunt: ac non ſolùm hac vita corporis, ſed etiam illa æterna animi, miſeros exſpoliant, quorum ſanguinem dominum de manibus eorum requiſiturum, militisque ſui, cuius ſtipendijs, temeritate eorum priuatus ſit, pœnas meritas repetiturum, dubium nullum eſt. Hoc autem totum myſterium circumciſionis, quod ſacramenti Baptiſmi vt figura & typus veritatem adumbratam referebat, diligentiùs nobis inſpiciendum, ac quis autor eius fuerit, quæ origo, quæ cauſæ, quæ præmia & finis ſeruatæ, quæ ſupplicia deſertæ, perueſtigandum eſſe operæpreciũ iudico. Ita enim

Parentes pœnas daturi quirecèns natos non baptiſant.

Origo circumciſionis.

veram

veram rationem baptiſmi, figura hac eius perſpecta, planè inueſtigabimus. Autorē ergò eius dominum ipſum, mundi conditorem eſſe, originemque ab Abrahamo ſumpſiſſe, locus quem ſubijciam ex Moyſe, vnà cum cauſis eius inſtituendæ, præmijs ſeruatæ, ſupplicijs deſertæ apertiſsimè docet. Ita enim Moyſes ſcribis: Poſtquàm verò nonaginta & nouem annorum eſſe cœperat, apparuit ei Dominus, dixitque ad eum: Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus, ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abraham pronus in faciem, Dixitque ei Deus: Ego ſum & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te, faciamque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus, regéſque ex te egredientur. Et ſtatuā pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis, fœdere ſempi-

empiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis "
ui poſt te. Daboque tibi & ſemini tuo "
oſt te terram peregrinationis tuæ, o- "
nnem terram Chanaan in poſsſionem "
ternam, eroque Deus eorum. Dixit "
erum Deus ad Abraham: Et tu ergò "
uſtodies pactum meum, & ſemen tu- "
m poſt te in generationibus ſuis. Hoc "
t pactum meum, quod obſeruabitis in- "
r me & vos, & ſemen tuum poſt te: Cir- "
umcidetur ex vobis omne maſculinum: "
circumcidetis carnem] præputij ve- "
ri, vt ſit in ſignum fœderis inter me "
vos. Infans octo dierum circumcide- "
ur in vobis, omne maſculinum in gene- "
tionibus veſtris: tam vernaculus quàm "
nptitius circumcidetur, & quicum- "
ue non fuerit de ſtirpe veſtra: eritque "
actum meum in carne veſtra in fœ- "
us æteruum. Maſculus, cuius præpu- "
j caro circumciſa non fuerit, delebi- "
ir anima illa de populo ſuo: quia pa- "
um meum irritum fecit. Hæc Moſes "
e myſterio circũciſionis, & fœdere æ- "
rno Dei cũ Abrahamo refert. Quæ
ngula diligentiùs expendenda: & quam
vim

vim habeant perquirendum. Poſtquàm verò ait, Nonaginta & nouem annorum eſse cœperat, apparuit illi Deus, dixitque ad eum: Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus. Audíſne vocem Dei, quæ mentiri & fallere non poteſt? Dominum omnipotentem ſe eſse profitetur, & in Abrahamo electo ſuo, nos qui ſecundum fidem & ſecundum ſpiritum filij eius ſumus, docens ſe omnia poſſe: nilque tale inueniri, & ne cogitari quidem poſſe, quod ille ſuæ maieſtatis potentia non efficiat: quod angelus poſteriùs ad Mariam ab eodem mandatus Deo, idē & ita eſse teſtatur aſſerens, nil eſſe tam difficile, ita fidem humanam excedens, quod ille verbo virtutis ſuæ non ſtatim perficiat. Non erit enim (inquit Angelus) impoſsibile omne verbum apud Deum, qui quæcunque voluit in cælo & in terra, vt ſanctus propheta canit, fecit. Quorſum, inquies, hæc? cô vt videas, Deum, cuius poteſtati omnia ſubiecta ſint, apud quem nullum verbum impoſsibile eſt, eadem poteſtate, qua omnia in cœlo & in terra condidit,

Deus omnia poteſt.

idit, per ſpiritum ſanctum ſuum infan-
bus (vt antè docuimus) nondum matu-
o iudicio vtentibus, intelligendi facul-
tem & fidei ſenſum, in corda eorum
fuſam excitare, & internam mentis
m eorum gratia ſua illuſtrare, & ape-
re, vt & credant, & quid credant, in
uem credant, ſentire poſsint. Niſi enim
a eſſe credamus, neque omnipotentem
eum, qui hoc facere nequeat, confi-
ndum erit. Nam velle eum, certiſsi-
ũ eſt, qui omnes ſaluos eſſe vult, vt iam
ximus. Si enim vult, & non poteſt illu-
inare mentes infantium, vt ſuæ fidei ca-
ces ſint, quod abſque fide, & Baptiſ-
i ſacramento, certo certiùs perituros
deat, certè nõ erit omnipotens: & quæ
eo prolata verba audimus, non ſynce-
dicta, ac falſa iudicanda erunt: quod
ntire ita impium eſt, ita à fide noſtra
horrens, ita horrendum, vt præter di-
bolum, doctrinæ Hæreticorum magi-
rum, mendacij patrem, nemo qui vel di-
re vel cogitare auderet, vnquàm in-
ntus fuerit. Relinquitur ergò, veram
anc vocem eſse eſſe Dei, & verba qui-

bus Abrahamum compellat, ſe Dominum omnipotentem denuntians. Quod ſi omnipotens eſt, vt iam monſtratum, nec vnquam ab vllo homine dubitatum, profectò omnia quæ vult facit. Vult autem infantes ſaluos eſſe, non vult quenquam ex eis perire: operatur igitur in eis ſalutem, quæ quoniam CHRISTI filij ſui, qui illi par & eiuſdem ſubſtantiæ cum eo ab æterno eſt decreto, nemini contingere poteſt, niſi qui crediderit & baptiſatus fuerit: &, vt Ioannes veritatis huius teſtis dixit, ex aqua & ſpiritu ſancto renaſcatur: dubitandum non eſt, Deum dominum omnipotentem, pro ſuæ potentiæ voluntate & miſericordia, erga omnes infantes fidei ſuæ ſpiritu ſancto cordibus eorum inſuſo (qui mentes eorum & ſenſus, non hos corporeos, ſed illos animi illuſtrat, & aperit) capaces efficere, & eius numeris compotes, cùm delati ad ſacrum fontem, aquis & verbo vitæ fecem originis ſuæ abluant & peccatorum reatum aboleant. Vt enim primùm labes peccati abluta, infanſ-

quæ

que mundatus in ſacro lauacro fuerit, ſpiritusſanctus in cor eius illabitur, & occulta ratione, noſtrumque ſenſum effugiente, fidem eum in CHRISTVM docet, animos mollit, ad capeſſenda myſteria Chriſti præparat, & diabolo nullum locum, abolito peccato, relinquit: atria cordis infantis, vt fortis armatus contra impetus diaboli cuſtodit, & vnà cum ætate ſenſibusque fidei incrementa auget, donec conformetur in eo CHRISTVS, donec occurrat ei in vnitate fidei, cum cæteris, & ſit vir perfectus, & menſuram ætatis plenitudinis CHRISTI conſequatur. Quoniam igitur ſatis probatum eſt, Deum patrem omnium miſericordiarum, dominum omnipotentem, hæc quæ diximus & velle & poſſe, cur hoc non faciat, cur mentes infantium ſuo ſpiritu non illuminet, vt ſuæ fidei compotes ſint, vt baptiſmi ſignaculũ in cordibus ſuis accipiant: quemadmodum Iſaac circũciſionis in corpore accepit, vt cum Iſaac infante grati ſibi ſint, cauſam

Spiritus ſanctus pectoribus paruulorũ infunditur

ab iſtis, ſi quam reddere poſſunt audiamus. Quæ quoniam nulla alia ab iſtis proferri, præter temeritatem illam, qua omnes ſuos errores tuentur, ac mendaces interpretationes ſcripturæ, & rationes, doctrinæ Christi, & Pauli verbis repugnantes, non eſt quod quenquam remoretur, quin ſtatim infantem ſuum recenſque natum, cum Eccleſia ſancta Catholica, ſacramento baptiſmi initiet, ad ſacrum lauacrum delatum originis ſorde emundet, Chriſto domino infantiam eorum conſecret, ſacramento illos obliget ſemper conſtantes milites, contra Sathanam ei fore, ac ſub ſuis ſignis, mendacijs Sathanæ miniſtrorumq; ſuorum repudiatis, militaturos. Et quidem quis ſit, qui Abrahamum vocat, audiuimus: cur autem vocet, audiamus. Ambula (inquit) coram me, & eſto perfectus, ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abraham pronus in faciem. Dixitque ei Deus: Ego ſum, & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. Nec vltrà vocabitur nomen tuum

Temeritas hæreticorum.

um Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te: Faciamque te creſcere vehementiſsimè, & ponam te in gentibus, regéſque ex te egredientur. Et ſtatuã pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Daboque tibi & ſemini tuo poſt te terrram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in poſſeſsionem æternam, eroque Deus eorum. Coram ſe vult ambulare Abrahamũ, præmia multa promittit, quæ pacto & fœdere æterno confirmaturum ſe ait. Abrahamum cum ſuis poſteris, & ſe viciſsim fœdere obligaturum, omnia ſe eis pacta & cõditiones fœderis, ſi viciſsim illi, vt pacti fuerint, ſe Deum verum & ſolum conditorem & dominum ſuum agnoſcant, debitumque honorem ſibi habeant, & ſecundum ſua præcepta viuant, ſibi & in ſe credentes, citra vllam hæſitationem ſeruaturum teſtatur. Quid deinceps dicat audiamus. Dixitque iterum Deus ad Abraham: Et tu ergò cuſtodies pa-

ctum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hæ ille quæ conditiones fœderis illius, quod ſe facere velle cum Abrahamo teſtatus eſt, ſignumque eius immotum & æternum, & fidei illius in ſe ſignaculum, circumciſionem præputij vult eſſe. Quod ſignaculum, vbicunque, & in cuiuſcunque corpore impreſſum eſſet, omnium commodorũ, & bonorum quæ promitteret participem fore, hocque ſigno, militem ſuũ non diaboli filium, ſe cogniturum aſſeuerat. Nã quicunque hoc ſigno careret, teſſeramque hanc reijceret, eũ non ſuum, ſed diaboli ſtipendiariũ habiturum ſe denunciat: neque paſſurum in ſuis caſtris, interq; ſuos milites eum conſiſtere: ſed tanquàm transfugam, exploratorem, & proditorem, de medio ſuorum ſublaturum. Propoſita autem ea mulcta, audiamus quo tempore, & qua ætate delectum habere vult: cuius ætatis ſuos iſtos milites ſacramentum rogari: teſſeram ſacramenti & ſymbolum militiæ aſſumere præcipiat: expectandúmne iubeat, vt pueritiam excedant; vt iudicio, & intelligendi facultate,

cultate, ætatis vſu roborata vtantur, ac prouideant, cui ſacramentum dent: in cuius verba iurent: ſub cuius vexillo ſtipendia faciant, quæ præmia virtutis, induſtriæ, & operæ, imperatori ſuo ſtrenuè nauatæ, quæ item ſupplicia, quam mulctam ſacramenti deſerti, fœderis violati, teſſeræ & ſymboli non redditi expectaturi eſſent, vtrúmne ſuo arbitrio, ſuo iudicio, hunc ſuum militem, & ſui fœderis cuſtodem, conditiones vel proferre, vel prolatas, ſi placerent, recipere, vel ſi diſplicerent repudiare decernat. Vtrúmne maturam eius ætatem, ne ſuam infantiam, circumſcriptam poſteriùs queratur, & ſe non ſuo iudicio in caſtra imperatoris, cuius eum pœniteret, veniſſe cauſetur expectari præcipiat militiæque deſertæ ſacramenti neglecti, excuſationem eum habere poſſe, imprudentiam (vt iſti cæcorum duces aſſeuerant) doceat. Minime quidem: audi enim quid dicat: Hoc eſt (inquit) pactum meum, quod obſeruabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te: Circumcidetur ex vobis omne maſculinum.

& circumcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris, tam vernaculus quàm emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtra: eritque pactum meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit. Audíſne, qua ætate milites ille teſſeram circumciſionis aſſumere iubet, octauum diem natum puerum circuncidi præcipit, ſuique fœderis ſignaculum ei tradi, & ſymbolo ſuo, os eius conſignari præcipit. Octauum diem nato, circumciſionis ſignum imprimi, nomen apud ſe profiteri, fœdus cum patre ſuo Abrahamo pactúm comprobare, & in ſua verba iurare mandat: ni faciat, grauem pœnam decernit: minatur ſe eum caſtris ſuis eiecturum, & omni præſidio nudatum interempturum, ac de medio ſublaturum. Grauis equidem pœna, & non ferenda ei, qui non

ſuo

ſuo arbitrio, non ſuo iudicio, in caſtra venerit, fœderis rationem per ætatem videre ac iudicare non valuerit: qui alieno imperio non ſua voluntate miles factus fuerit: cur enim nón diceret: Non teneor ò imperator tuo ſacramento: imprudens & inſciens, & omni ſenſu deſtitutus, vixque vitæ compos, vix vagiens, nomen meum alijs deferentibus, alijs pro me interrogato, ſacramentum ex ſuo ſenſu, non meo conſenſu reſpondentibus. Illi me imprudentem, iudicij inopem, nec obligare cuiquam potuerunt, nec circumſcribere debuerunt, ac in ea caſtra præcipitare, quorum militiam perferre non poſſem: conditiones maturior & iudicij compos improbarem. Si te tuaque ſigna deſero, tuis fœderibus non ſto, nil contra ſacramentum committo, quod non ego, ſed mei pro me dederunt: pacta eorum obligare me non potuerunt: non teneor conditionibus, quas non potui ſcire, videre, probare, & alia multa, quibus factum improbare, & ſuam libertatem tueri poſſe videretur, diere poſſet. Sed früſtra,

Non audit hæc verba, vt iam diximus, autor fœderis Deus, repudiata excuſatione pœnas cum ſanguine depoſcit: nec in ſuo populo conſiſtere eum patitur, quod ita eſſe in ipſo Moyſe oſtendimus. Quod quoniam iam planè oſtendimus, plura de circūciſionis myſterijs diſputare nolumus, hoc ſolùm addendum eſt, ac repetendū quod iam toties diximus, memoriæque inculcandum: omnia quæ de circumciſionis myſterijs dicuntur, ad ſacramentum Baptiſmi transferenda eſſe: & planè idem de eo, quod de myſterijs circumciſionis dictum eſt ſentiendum & ſtatuendum. Quæ enim in figura acta ſunt, non temerè, ſed ſpirituſancto docente, Deo præcipiente, acta, & veritatis ratio, quàm figura adumbraret, quæ ſit, inde conſtaret. Quæcunque enim in lege dicta ſunt, facta, præcepta, ea omnia in figura dicta ſunt, & per allegoriam, ad noſtram doctrinam, qui ex vmbra legis in lucem veritatis educti ſumus, ſcripta eſſe Paulus teſtatur. Si autem ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, quis eſt qui dubitet, nos per ea doceri,

Lex figura noui teſtamenti.

doceri, quæ in circumciſione ſeruata, in ſacramento Baptiſmi ſeruari eadem debere, cùm vtrumque hoc ſacramentum fœderis perpetui ſignum, & fidei ſignaculum in nobis ſit: quæ in lege facta narrantur, hæc eadem à nobis mutato nomine, vmbra in lucem, figura in veritatem, conuerſa, omnibus velis & nube, ſub qua pàtres illi noſtri ambulârunt, dimota, & veritate bonorum promiſsorum in luce Euangelij oculis noſtris ſubiecta, fieri debere monſtrantur, quod quia ita eſt, non dubium eſt, recèns natos ſacramento baptiſmi initiari oportere: quemadmodum circumcidi octauum diem natos, neceſſe erat. Vt primùm igitur nati fuerint, offeramus eos CHRISTO domino, & imitemur fidem Abrahæ: imitemur fœdus eius, quod in infantibus noſtris cum Iſaaco obſignemus, niſi velimus pœnas cum Moyſe dare, cum liberis noſtris è populo CHRISTI exterminari, &c. de libro vitæ deleri. filij Abrahæ ſumus, non quidem ſecundũ carnem ſed ſecundum ſpiritum & repromiſſio-

PRAELECTIO SEXTA.

AD illá venio, quæ ab iſtis dici & obijci nobis poſſent, Non ſtatim vt naſcerentur paruulorum ſuorũ circuncidere præputium, Hebræos ſolitos, ſed octauum diem iuſſos expectare. Et patres Eccleſiæ vicinæ Apoſtolis, gubernatores ſcholas habuiſſe, vbi myſterijs fidei Chriſtianæ, quos catechumenos vocabant, inſtituerẽt, ac quid fides, in quem, & cui crederent, docerentur: ſuoque iudicio & arbitrio rationem fideí demonſtratam probarent, & comprobatæ initiarentur ſacramento Chriſto dato. Sin verò improbarent, ſua libertate vterentur, & ad ſua reuerterentur. Nos autem & figuram iſtam Batiſmi circumciſionem probamus, & inſtituta maiorum imitari, & tenere debemus. Quibus breuiter reſpondebimus, Iudæos quidem octauum diem debuiſſe expectare, nec maturiùs perputia inſantium circumcidere: quòd ita dominus eis præceperit, quòd ita lege obligati fuerint,

Non vt circumcidendi certus dies conſtitutusfuit ſic baptiſandi.

fuerint quod in fœdere ſuo, cum Abrahamo hanc conditionem expreſsè protulerit, & ita fieri voluerit. Cur autem ita Deus præceperit & voluerit, non diſputo nunc: ſatis eſt dicere, ita Deum voluiſſe, ita præcepiſſe, verbisque apertis tis ſuam voluntatem teſtatum eſſe, quod aduerſarij de Baptiſmo oſtendere non

Dei volũtas. poſſunt. Dei autem voluntas omnes rationes, omnia argumenta ſuperat, apud hunc regem iuſtus datur locus dicto illi, quod tyranni ſibi inique vſurpant, & quaſi alienam poſſeſsionem vi occupant, Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Hîc locum habet illud celebratum, Ipſe dixit: nec in eius verba voluntatemque nobis inquirere licet, imo verò nefas eſt. Quoniam igitur ita iuſsit, ſatis prudenter diſputauerit, ſatis ſua argumenta firmauerit, qui nil cum Abrahamo diſquirens, in præcepta Dei, eius voluntatem ſequatur verbis pareat. Quod igitur Abraham, quod poſteri eius, octauũ diem præputij circumcidẽdi expectant, voluntati Dei præceptoq; ipſius parent. Qui quidem infans, ſi ante-

quàm

quàm diem octauum attingeret, vitã cũ morte aliquo caſu commutaret, nullũ detrimentum animi ſalutiſque periculum metuerit, quòd non ſua culpa, parentumue ſuorũ, ſed iuſſu & voluntate Dei, maturiùs ad fœdera cũ Deo venire ſignũque eorũ corpori ſuo imprimere nõ poſſet. Imo verò ſi maturiùs hoc facere vellet, grauioris criminis reus & legis violatæ eſſet, mandatiq; diuini temerati condemnaretur. Nam vt in fœdere Dei cũ Abrahamo cauebatur ne vltra octauum diem poſtquàm natus maſculus eſſet, circumciſio præputij eius differretur, ita contrà cautum eſt, ne quis maturiùs & ante eam diem circumcideretur. Quod igitur octaua dies circuncidendi præputij expectaretur, nón temeritatis hominum, ſed diuini erat mandati, quod tranſgredi non liceret. Quod qui ſemel temeraſſet, totam rationem fœderis turbaret, ac non ſignum fœderis fideiq́ue ſignaculum, ſed perfidiæ potiùs & pacti violati ſtigma & cauterium reciperet. nobis autem nullum tempus, nulla certa dies, ita expreſsis

Ante diem octauum circumcidi non licebat.

verbis

verbis Chriſti, vt circumciſionis præſtituitur: ſed ſtatim, vt quis lucem hanc hauſerit, facultas omniſque poteſtas veniendi ad lauacra ſacra datur. Nullaſ cauſas poſsumus reddere, nullas excuſationes fingere, neglecti & dilati ſacramenti baptiſmi, maximè cùm Chriſtus expreſſe & diſertè paruulos iubeat permitti ad ſe venire, eorum eſſe regnum cœlorum docens, his manus imponat: pro his oret: & arctiùs hos complectatur. Nam quod

Catechumeni.

ad morem veteris Eccleſiæ, catechumenoſque attinet: Alia ratio eſt, Ad patres illos qui naſcentis Eccleſiæ gubernacula tenebãt, qui inter gentes Iudæoſque verſabantur, adulti, ætatis maturæ, ſenes etiam, tum ex circumciſione, tum ex gentibus veniebant, ratione doctrinæ Chriſti inſtitutorumque eius, myſteria fidei, & ſacramentorum, vt cognoſcerent, etſi eis ita videretur, ſi probarent, ei initiarentur. Primùm igitur eis tota ratio fidei noſtræ, & doctrinæ Chriſti, ac ſacramentorum myſteria aperiebantur, ad quæ cognoſcenda tempore opus erat, quo tempore, vita, mores conſtantia &

animus

animus erga Deum cognoſcebatur, probabatur, rectè facta laudarentur, vitia repræhenderētur. Quibus extinctis, fideque in cordibus eorum plantata, & radices agente, lauacra eis aperiebantur, ſacramento Baptiſmi poteſtas initiandi dabatur. Nam qui diſciplinæ Chriſti capaces nō eſſent, qui iugum eius ferre nō poſſent, myſteria fidei non probarent, vitia deſerere nollent, qui exploratores libertatis Chriſtianæ, & myſteriorum eius proditores comperti eſſent, reijciebantur, ad ſuumque vomitum, & ad volutabra diaboli, libidinumque ſuarum redibant. Hæc igitur ratio in Eccleſia vetere illa ſeruata in adultis, quod idem in ſua lege Iudæi obſeruare ſolebant. Nam qui ex gentibus obſeruationum legis, ac fœderis Dei cum Abrahamo facti, participes eſſe volebant, primùm quidem legis rationem totam ediſcebant, ac purgabantur & expiabantur: vnde proſelitus inſtituti, quorum & Chriſtus meminit. Hi ergo primùm legis rationem ediſcebāt, idololatriæ vitia expurgabant, quemadmodum catechume- Proſeliti.

 ni

ni in Eccleſia veteri, & tum demum ad circumciſionis myſteria admittebantur, vt noſtri ad ſacramentum baptiſmi. At infantium & paruulorum, & in lege, & in Eccleſia CHRISTI alia ratio ſemper fuit: lex octauum diem natum circumcidi iubet, nulla doctrina nulla explicatione legis paruulo, qui eius capax non eſſet, adhibita: & Eccleſia recens è fidelibus parentibus natos, ad lauacra aquæ ſacræ, & verbi vitæ, deferri ſemper voluit, vt mox docebimus: vt quemadmodum infans in lege natus, die octauo ſignum circumciſionis corpori ſuo imprimeret, & in verba Dei iuraret, Deo conſecraretur: ſic Eccleſia illa, quam ſancti Patres, ſpirituſancto pleni gubernârunt: quorumque exempla aduerſarij contra eundem ſpiritumſanctum afferunt: recèns natos ſuos conſignari ſacramento Baptiſmi, nomenque CHRISTO dare, ac Deo conſecrari, & diſciplina Chriſti animos eorum foueri voluerunt: vt vnà cum lacte, inſtituta ſua, & fidem Chriſti ſugerent, ac teneris animis imbiberent:

rent:

rent: quæ fides ita teneris animis hauſta, vnà cum corpore adoleſceret, & indies incrementa ſumeret. Non poteſt autem fides adoleſcere, nec radices agere, niſi gratia Dei irrigata fuerit. Gratiæ autem Dei, quæ donum, vna cum fide ſpiritusſanċti eſt, nemo capax, niſi qui ſpiritumſanċtum hauſerit: qui vt mentes impuras & prophanas aſpernatur, ita in cordibus purificatis, ac Deo conſecratis, tanquàm in ſuo templo fidem plantat, irrigat, & incrementa ei dat. Qui igitur ſpirituſſanċti fidei, & gratiæ diuinæ particeps eſſe vult, animum ſuum omni labe expurget, Deo ſe totum conſecret, diabolum repudiet, cauterium eius peccatum eluat aqua ſacra & verbo vitæ neceſſe eſt. quamobrem vt primùm infans naſcitur, ſacramento Baptiſmi abluendus, totusque Chriſto & Deo conſecrandus, vt templũ ſpiritusſanċti ſit, nullumque ius in eũ Diabolo relinquatur. Sed & illa video nobis poſſe obijci, Abrahamũ ſenem, cũ tota familia, & Iſmaëlem tredecimum annum natum circumciſionis ſignum

Recens nati Deo conſecrandi.

Obieċtio.

accepiſſe, & natos in fuga illa ex Aegypto, totoque illo itineris curſu, mora in deſerto, non antè circumciſos, quàm Ioſue duce Iordanem tranſiſsent, magnam partem regionis promiſſæ occupaſſent, & hoc argumento poſſe etiam ſacramentum baptiſmi differri: cuius quidem obiectionis diſsolutio facilis ex ea ratione, quam ipſe Ioſue in ſuo volumine reddidit, circumciſos illos non fuiſſe, non propterea quod legem, diuinumque præceptum negligere liceret, ſed propter labores & incommoda itineris, quibus ſi circumciſionis dolor acceſsiſſet, infantes tot incommodis affecti, fagitati, laſsi, perferre eum non poſſent, inque diſcrimen vitæ veniſſent. Quæ cauſa etiam eſt, cur non ſtatim vt nati ſunt, præputia eorum circumcidantur, octo dierum ſpacium datur, vt robuſtiores ad eum dolorem perferendum, quem ſtatim nati perferre non poſſent, redderentur. quod igitur inter illos labores periculaque nõ circumciderentur, neceſsitatis fuit, cui obtemperare neceſſe fuerit. Habent igitur, quod excuſent, neceſſitatis,

Solutio.

Neceſsitati parendum

tatis,non voluntatis temeritatiſue, eam dilationem & procraſtinationem fuiſſe. At cùm laboribus & periculis defuncti eſſent,nulla excuſatio eorum accipiebatur, neglecti mandati, legis violatæ, pœnæ ab eis depoſcebantur. hoc idem nos dicimus. ſi non noſtra temeritate baptiſmi ſacramentum differatur, ſed impedimentis retardetur: ſi ea obijciantur, quæ ſuperari non poſſunt,quibuſque parere neceſſe eſſet, quibus inuiti & reluctantes detineamur, ne recèns natos ad ſacramentum baptiſmi perferamus, habemus quod excuſemùs, ſi non eá noſtra culpa,ſed neceſsitatis iniuria fuerit, Nam quod ad Abrahamum attinet, vt primùm audiuit, Deum hoc præcipere, itaque velle: nil moratus paruit ſtatim, & ſeipſum & filium Iſmaëlem, omneſque vernaculos ſuos, abſque omni diſcrimine ætatis circumcidit,vt et nos legimus,familias audientes Paulum,crediſſe, totamque domum baptiſatam eſſe: credibile autem,& veriſimile eſt, etiam paruulos in ea familia fuiſſe,quemadmodum & in caſtris Abrahami, vnaque Abraham.

cum cæteris baptiſatos: quamobrem nō eſt quod nobis iſti ampliùs obijciant ea exempla, quibus reſpondimus.

PRAELECTIO SEPTIMA.

IAm ad illa veniamus, quæ iſti, vt remedia certiſsima, contra pericula paruulorum ſuorum afferunt, per fidem parentum ſuorum ſalutis æternæ participes eos eſſe mentientes. Quo quidem mendacio nil vnquam impudentius fuerit: Hoc autem tam impudens mendacium Pauli autoritate cōueſtiunt, & ſpecie veritatis ementita, ſucùm imperitis faciunt: mentes eorum veneno ſuo, melle diui Pauli perfuſo, inficiunt, occidunt, & Sathanæ ſuo magiſtro tradūt. Sic enim ratiocinantur, Teſtatur, inquiunt, Paulus ad Corinthios ſcribens, Virum infidelem per mulierem fidelem ſanctificari, viciſsimque vxorem infidelem, per maritum fidelem ſanctam eſſe: verba Pauli hæc ſunt, Si quis frater vxorem habet infidelem, &

Venenum hęreticorū

1.Cor. 7.

hæc

hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in eiuſmodi. In pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies? Si igitur (inquiunt iſti) viri fides, vxori non credenti prodeſt, & item maritus infidelis mundatur fide vxoris in CHRISTVM credentis: profectò fides parentum fidelium, ad vitam æternam, ad puritatem, & peccati ſordes emundandas, liberis, antequàm ipſi baptiſentur, vtilis eſt. Et vt infidelis coniunx particeps eſt ſanctitatis fidelis coniugis, ſic liberi participes ſunt, eius ſanctitatis parentum, quam illi

ex fide conſequuntur : præſertim cùm Paulus dicat, Alioqui filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. Quod ſi ſancti, puri, & emundati ſint per fidem parentum, certè mortis periculo non ſubiacent, vitæ æternæ participes ſunt, & tanquàm paternæ poſſeſsionis hæredes. Hoc melle ex aluearijs Pauli hauſto, venenum ſuum, vt dixi, condiunt, ac tanta dulcedine ſenſibus incautorum perlitis, & opilatis virus ſuum in pectora eorum infundunt, quo illi cum liberis nec ſentientes intereant. Expendamus enim Pauli doctrinam diligentiùs, remoueamus dulcem illum ſaporem ſcripturæ, à venenis iſtorum: ſtatim virus illud præſentaneum, acerbiſsimè ſenſus noſtros, ac viſcera noſtra vrere ſentiemus. Vide quid Paulus dicat: docet quidem nuptias inter fidelem & infidelem legitimas, liberoſque ex eo matrimonio ſuſceptos, legitimos, hæredeſque ſuis parentibus eſſe: hoc enim Paulus ſanctum in hoc loco vocat, quod legitimum ſit, neque diuinæ voluntati, doctrinæque Christi aduerſum. Sed quod vir, vxórue in-

Pauli locus explicatur.

infidelis, per fidem coniugis fidelis, ſi ipſe neque credat, neque baptiſetur, vitæ æternæ particeps ſit, & à peccatis ſuis labeque originis emundetur, chyrographo Sathanæ non ſubiaceat, iræ filius non ſit: hoc verò falſum eſt. Audi enim quid deinceps Paulus dicat: Quod ſi, inquit, infidelis diſcedit, diſcedat. Nō enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, aut ſoror in eiuſmodi: In pace autē vocauit nos deus. Audis Paulum, qui cum infideli coniuge, ſi conſentiat habitare permittit: & ſanctum eſſe per fidem fidelis, proptereaque & legitimum matrimonium illud iudicet (contra quam alij philoſophabantur, aſſerentes connubia fidelium cum infidelibus prophana & incæſta eſſe) poteſtatem dare infideli vt diſcedat, neque eius connubio fidelem teneri: permittit autem fidelem cum infideli habitare, connubiumque illud ſanctum eſſe pronunciat, propterea quod conſuetudine, & coniunctu fidelis, ille qui fidelis non ſit, domino lucrari poterit, & fidem in Chriſtum recipere & cōplecti. Magnam enim vim conuerſatio

Magna vis cõſuetudinis ſanctæ.

ſancta, conſuetudoque habet ad animos infidelium CHRISTO lucrandos. At eum, qui conſeruatione fidelis coniugis, non ſolum non fit melior, ſed etiam pietate eius offenditur, ſeque diſceſſurum ab ea denunciat, niſi ad ſua idola ſecum redeat, iubet dimitti, & ſuis moribus, ſuo ſenſui reddi, & ſpe lucrandi eius CHRISTO ſublata, non detinere, ſed potiùs vt membrum ſcandali abſcindere & abijcere. Nulla autem ſpes eſſe de eo poterit, qui pia cõuerſatione offendatur, conſuetudinem modeſtam aſpernetur, caſtiſque moribus inimicus ſit. Non vult igitur Paulus nos cum huiuſmodi luctari, ſed vt potiùs paci noſtræ, in qua vocati ſumus, conſulamus. Vt in pace, pietati & fidei noſtræ in Chriſtũ ſeruiamus, omnibus quæ nobis impedimento ſint, reiectis. Quid igitur? cùm iſte diſceſſerit fidelis, quem ſanctum fuiſſe in cõnubio Paulus decreuit, númnã cum diſceſſerit purus eſt? Num ſi abſq; fide ſua decedat, etiã in connubio illo à Paulo probato permanẽs, per fidẽ coniugis fidelis ſalutis & regni dei, quod ſolis credenti-

credẽtibus & baptiſatis ꝓmiſſũ eſt, particeps eſt? Minime equidẽ. Audis enim Ioannem dicentem: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, eum non poſſe ingredi in regnũ Dei. Audis Chriſti ſententiam, immobilẽ & æternam, & cui cœlũ terraq; cedunt, decernentem: Solum eum qui crediderit & baptiſatus fuerit, ſaluum fore. Vt autem huic nil ad ſalutem fides aliena profuerit, ita & infanti tuo, quem ad CHRISTVM venire non ſinis, tua nil prodeſt. Non credit, non eſt baptiſatus, nõ igitur eius quod credẽtibus, & in lauacro ſacro emundatis promiſſum eſt, particeps eſſe poteſt. Credentibus & baptiſatis regnũ dei, & vita æterna promittitur, tuus autẽ, cuius tu maturam ætatẽ expectas, te ipſo teſte & autore, fidei capax non eſt: non credit, non eſt ablutus, te prohibente, aqua verboque vitæ: quid ergò illum ad præmia vocas? qui eum prohibueris & arceas ab his, ꝓpter quæ præmia illa promittũtur. Poſſum quidẽ fide parentis ſãctificari, poteſt cor meũ molleſcere, niſi tamen ipſe credidero, & fidei meæ ſigna-

culum

culum iuxta præceptum Dei recepero, niſi parentum fidem, quæ me ſanctificat complexus fuero, ad præmia non veniam. Non eſt quod tuis rationibus credam. Ad quarũ nugas roborandas, Paulum non inuitum modò, ſed collo etiam obtorto reluctantem trahis. Et dum teſtimonium nugarum tuarum elicere ab eo contendis, ſanguinem è naribus ſuis, totoque ore exprimis. Deſine mentiri, deſine veritati aduerſari; non ea mens Pauli fuit, quam tu eſſe doces. Nam ſi hoc Paulus docuit, quod tu eum docuiſſe mentiris, confitearis neceſſe erit, neminem, qui fidelibus parentibus naſcatur, ſacramento baptiſmi opus habere, cùm id alia ratione, hoc eſt, per fidem parentum cuius cauſa baptiſmi ſacramentum inſtitutum eſt, aſſecutus fuerit. Baptiſmi enim finis eſt, vita æterna, quem finem quia tuus iſte paruulus absque baptiſmi ſacramento conſequitur per fidem tuam: ſequitur, omnes quicunque ex fidelibus naſcuntur, per eandem fidem parentum idem conſequi. Et ita neque tuo, cuius maturam ætatem expectas, nec cuiquam

Torquent ſcripturas hæretici.

Baptiſmi finis.

quam ex fidelibus nato, ſacramento baptiſmi opus erit, cùm id, vt diximus, cuius cauſa baptiſm⁹ inſtitutus, alia ratione conſecutus ſit. Aude igitur concludere, ex fidelibus natis, nec fide ſua, nec baptiſmi ſacramento vnquuam opus eſſe, cùm vitæ æternæ participes ſint alia ratione: fidei enim & baptiſmi finis eſt, peccatorum remiſsio, vita æterna, & regnum cœleſte, cuius finis, quia alia ratione compotes fiunt, te autore ex fidelibus nati, quid eſt cur non concludas, nec fide ſua, nec Baptiſmo illis opus eſſe. Quod tamen tu etiam ſi impudentiſsimè omnia agas, nunquam aſſirmare audebis. Non quòd quidem veritatē reuerearis, ſe quòd vides neminem ita perdi- dum, ita alienum à ſenſu inueniri, qui hoc tibi credat, & qui te, cum tua iſta doctrina, non ſtatim qui fuerîs agnoſcat. Et vide quàm tuis laqueis, quos veritati tendis, ipſe captus hæreas: negas noſtris infantibus fidem parentum, fidem patronorum, à quibus ad lauacrum ſacrum deferuntur, fidem Eccleſiæ matris, in cuius gremio, & naſcitur, & aquis ſacris, ver. boque

Hæretici quid metuant.

Pugnantia hæretici nō ſentiūt ſe docere.

boque vitæ emundantur prodeſſe: negas eiur participem eſſe, neque locum baptiſmo in eo dari quòd fidei prorſus, vt tu ais, inanis ſit. Inanem autem fidei eſſe ais, quia per ætatem eius non ſit capax Tuum autem, quem ab lauacro ſacro amoues, quē ad Chriſtum venire nō ſinis hæredē paternæ fidei aſſeris, iterque ei abſque ſua & propria fide & baptiſmo ad ſalutē aperis fide aliena. Redde cauſam, cur in noſtris ad ſacramentum Baptiſmi delatis, fides locum non habeat, ſi tuus paruulus, per tuam fidem, cuius eum participem aſſeris, ad præmia baptiſmo propoſita peruenire poteſt. Dic rogo, ſi tua fides in tuo paruulo tantam vim habet, vt repudiato baptiſmo vitā æternam cōſequatur, cur fides mea, meo infāti iter ad baptiſmum non aperiat? Nam ſi tua fides maiora poteſt, cur mea minora non poterit conſequi, nō video: ſi tuus infans tua fide, præmia Baptiſmi conſequitur, quod multo difficilius eſt, cur meus, mea fide ſacramēti Baptiſmi, quod minus eſt, non ſit capax? Vide enim quid agamus, meus infans, fœderis Chriſti per meam

fidem

ſidem particeps eſſe vult, primùm militiæ Chriſti nomen dare, deinde ad præmia & ſtipendia debita peruenire contendit: cur tuus militiæ ſacramẽto Chriſti neglecto, teſſera armiſque eius te autore repudiatis, arcẽ præmiorũ occupet: & cũ nil meruerit ſtipendia inuadat. Dic quæſo, cuius eſt eadem quæ negauerit aſſerere? nõ negabis eſſe impudẽtis: negas meũ infantẽ, dũ mergitur ſacro fõti, participem fidei meæ eſſe: tuum ais fidei tuæ compotẽ, eiuſque beneficio eſſe liberũ à periculis mortis æternę, & laqueis diaboli. Quod verũ eſt, euertere conaris: quod verò mendax, ſtabilire, cum tuo magiſtro diabolo. Dic quæſo, ſi fides aliena infãti inutilis eſt in his ullã quæ maiora habeantur? quid enim maius eſt? militémne ſe profiteri, nomen dare ad labores, ad pericula, ad certamen deſcendere, an ſtatim his deſertis ac cõtemptis præmia inuadere, & caſtris non viſis, prædã diripere, & quæ legitimè certãtibus ꝓpoſita ſint, repudiato certamine petere. Equidẽ ſi noſtros paruulos, ſacramẽto baptiſmi, atq; verbo vitæ mũdatos, deo cõſecratos non concedis, fide eorum à quibus Deo offerun-

offeruntur, qui nomine eorum paciſcuntur, qui dant fidem, milites eos Chriſti fore fideles, contra Sathanam: tutos eſſe, ab laqueis diaboli, mortiſque æternæ periculo: multò minùs tibi tuoque paruulo, quem è diaboli poſeſsione pedē efferre prohibes, hoc concedendum. Neſcíſne eam vim ſacramentorum eſſe, vt per ea gratia Dei nobis conferatur, quæ animos molliat, ſpirituique ſancto ſedes in eis paret, ac templum cordis dedicet, diabolo portas claudat, ſigno Chriſti eius affixo. Sed concludamus tandem, & in pauca conferamus, ſi infans meus ſacramento baptiſmi, & ablutus, fidei, vt tu ais, capax non eſt, eiuſque donorum particeps eſſe nequit, multò magis tuus, ſupra quem nomen domini inuocatum non eſt, in quo nullum ſignum Chriſti, vitæ æternæ autoris, compareat, qui originis ſorde fœtens, ſe diaboli mancipium manere, tuis inſidioſis rationibus implicatum, monſtret. Deſine igitur tibi vſurpare, quod mihi negas: deſine mendacia ſtabilire, veritatem verò euertere, deſine mentiri tuum infantē, quem fidei

fidei inanem eſſe teſtaris, quem baptiſmi capacem eſſe negas, tua fide quæ ad eum te autore nil pertineat, vitæ æternæ compotem abſque fidei ſignaculo ſacramento baptiſmi fieri poſſe, cùm meum domino oblatum, ſacramẽto baptiſmi ablutum, fide carere contendas, neque illi propterea lauacra ſacra prodeſſe doceas. Fidem tuam ais illi vtilem ſore, & per eam ſalutis æternæ compotem futurum. Dic quæſo, peccata parentum ſintne detrimento liberis? ſi dices cum Propheta, Non portare filium iniquitatem patris: ego viciſſim reſpondebo, neque fidei parentum fructus percipere eos, præſertim qui extra Eccleſiam ſint, nec vlla ratione ei inſerti. Si obijcies puniri peccata maiorum in quarta etiam generatione, ac poſteris, ego quoque dicam, merita fidei maiorum mereri præmia, in quarta etiam generatione. Quid igitur dices? hoc quod dicendum, ſi liberi iniquitatem parentum imitentur, & tanquam in hæreditate patria dominentur, pœnas eos etiam in quarta generatione dare: ſin eam abijciãt, deteſtentur, & diſ-

Peccata parentũ, quo modo liberis detrimento ſint

ſimiles ſe eis præſtent, non ſubiacere eos pœnis in parentes decretis, non portare filium iniquitatẽ patris, ſed quemque in ſuo peccato mori. Hinc ego inferam, liberis prodeſſe fidem parentũ, ſi eam imitentur, ſi ſimiles illis ſint, & tanquã hæreditatem adeãt, amplectantur, & colãt. Quod ſi eã planè deſeruerint, Chriſti myſterijs initiati nõ fuerint, aqua ſacro & verbo vitę abluti nõ fuerint, vt iſti tui faciunt, qui in peccato primi parentis Adami, vt in hæreditate hærent ac dominentur, qui hominẽ veterẽ exuere, nouũ autem induere Chriſtum vel ipſi nõ curant, vel à te prohibentur, nullum fructũ ex fide maiorum percipiunt. Tuus igitur iſte infãs, quem ne pedem in poſſeſsione fidei ponat, ne Chriſto nomen det, ne ſe hæredẽ tuæ fidei profiteatur, ne hæreditatem fidei adeat, prohibes: qui tuã fidẽ, tuũ baptiſma deſerit, nullũ è tua fide fructũ capit: meus autẽ, quẽ in eã poſſeſsionẽ induxi, hæredẽ eſſe fidei meæ, ad tribunal Chriſti, in palatio eccleſiæ ſãctæ, poteſtatus ſũ, ſignũ baptiſmi, ſignaculum fidei eius, animo ipſius imprimi curaui &

meæ

meæ, & patronorũ ſuorũ & eccleſiæ matris ſuæ fidei eſt. Cuius quia compos eſt, baptiſmi etiam capax eſt: cõpotem autẽ gratia dei & ſpiritusſãcti cũ ſacramento inſuſa ei efficit, cuius quia cõpos factus eſt, regni etiã cęleſtis & vite æternæ particeps eſt, tuo interim à fõte, & ſacramẽto baptiſmi per te reiecto percũte, & ſub iura diaboli cõcedente. Oſtendi tuũ infãtẽ perijſſe, meũ regni cœleſtis & vitæ æterternæ participẽ eſſe: oſtendã teipſum qui eũ perdideris, etiam ſimul perijſſe. Audi modò quid ꝓpheta Ezechiel dicat, Speculatorẽ inquit dedi te, domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annũciabis eis ex me, & audies, ſi dicẽte me ad impium, morte morieris, nõ annunciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Audiuiſti quid Dominus ad Ezechielem dicat, Si inquit, non annunciaueris ei, neque lucutus fueris vt reuertatur à via ſua impia, & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de ma-

Parentes pœnas dãt non baptiſati infans.

nu tua requiram. Impij ſanguinem de manu Prophetæ requiſiturum ſe Dominus denunciat: idem ſanguinem liberorum tuorum, qui tua temeritate perierunt, quos tu ad Chriſtum venire non ſiuiſti, de manu tua requiret. Et illi quidem in peccato ſuo originis ſuæ pereunt: tu tamen grauiſſimas pœnas dabis, qui eos non ſolùm non detuleris, non ſolùm non monueris, vt peccatum ſuum abluerent, & in nomine Ieſu Chriſti, in remiſsionem peccatorum baptiſarentur, ſed etiam volentes venire, & contendentes ad Chriſtum, pro tua patria poteſtate prohibuiſti, omni homicida perior. Quòd illi, quos putant inimicos perimant, tu ſanguinem tuum, viſcera tua, liberos ex te genitos, hoc autem eſt, teipſum interficis. Illi corpora morti obnoxia & caduca, tu animos æternos occidis, ac in ignem æternum deturbas. Si prophetæ, qui non renunciauerit impio, vt reuertatur à via ſua impia, minatur dominus, ſeque in manibus eius animum & ſanguinem impij, qui in ſuo peccato perijt requiſiturum proteſtatur: quantò

Parricidiũ Anabaptiſtarum.

grauiùs

grauiùs tibi minantur, qui non ſolùm hortari, ſed cogere, ac deferre tuis manibus, ad fontem ſacramenti baptiſmi, & potueris, & pro tuo officio debueris. Scis quæ Dominus cominatur paſtoribus, in quorum manibus oues pereant, non vides te tuorum liberorum, infantis tui paſtorem à Deo datum eſſe. Perdiſti ouiculam innocentem, pro ea pœnas graues æternùm daturus. Vides præmia, vides fructus tuæ doctrinæ.

PRAELECTIO OCTAVA.

QVa doctrina, eccleſia ſancta & Catholica, repudiata, ſẽper hoc voluit, ſemper fieri præcepit, ſemperque eam conſuetudinem ſeruauit, vt recens nati ſtatim ad lauacra ſacra deferrẽtur, ſtatim aqua & verbo vitæ, originis fecem illam peccati abluerent. Quod ita eſſe teſtimonio patrum, qui hæc teſtata reliquerunt, mox docebo, ſi priùs Eccleſiæ

vt in cæteris, quibus teſtimonium dat, ita in hac cauſa quam tractamus, non minùs quàm euangelio ſcripto credendum eſſe oſtendero. Hoc autem ita eſſe oſtendo. Omnis fidei noſtræ ratio, omnium ſacramentorum, omnium ſcriptorum authoritas dependet ab autoritate & teſtimonio Eccleſiæ, cuicunque teſtimonium illa dat, falſum eſſe non poteſt: quod illa repræhendit & improbat, probari, verumque eſſe nunquam poterit. Tanta enim autoritas eſt, tanta fides, ea veritas Eccleſiæ ſancta Catholicæ, vt nil ratum firmumque fuerit vnquam, quod illa non probaſset. Adeo vt ne Euangelium quidem eam authoritatem haberet, niſi ſanctæ Eccleſiæ autoritate comprobatum fuiſſet. Cum enim multa effunderentur ſcripta, multa nobis obijcerentur, quæ vel Euangelium CHRISTI, vel Apoſtolorum doctrinam continere aſſererentur: & multa conficta vel ab Hæreticis, vel à ſuperſtitione plenis hominibus fingerentur, falſaque veris miſcerētur: Neç omnia ominibus placerent, alij

Eccleſię catholicæ autoribus.

alij alia vel probarent, vel improbarent, reciperent vel repudiarent, iudicium & authoritas eccleſiæ implorata: ad eius teſtimonium veteres illi ſanctique Patres confugerunt, & quod illa verum ſyncerumque à CHRISTO & Apoſtolis ſibi traditum teſtaretur, hoc probarunt, hoc receperunt, hoc incorruptum ſyncerum, à Chriſtoque ipſo profectum eſſe voluerunt. Quæ autem Eccleſia improbaſſet, quæ non agnoſceret, & tanquàm prolem adulterinam repudiaret, ea exploſerunt, omni fide eis adépta. Eccleſiæ igitur authoritate & teſtimonio, hæretica figmenta, ſomnia ſuperſtitioſa repudiata, veritas verò cõfirmata, & in locum ſuum vnde fraude hominum nequam detrudebatur, eſt reſtituta. Eccleſia igitur conſulta, quæ eſſet vera doctrina CHRISTI, quatuor inprimis Euangeliſtarum protulit volumina: atque teſtata eſt, hæc eſſe, quæ nil præter CHRISTI Domini, veram ſynceram, puramque doctrinam complecterentur. Cætera autem quæ multa hoc nomine Euangelij circumferebãtur, Eccleſiæ iudicium.

vt adulteratam prolem, & ſuppoſitam, vt Apocryſa, vt corrupta, mendacijsque hæreticorum deprauata, & propterea Chriſti fidelibus fugienda docuit. Hoc teſtimonium Eccleſiæ ſanctæ, & Catholicæ matris noſtræ, Patres ſecuti, cæteris quæ conficta erant, quæ Eccleſia non ſuam prolem eſſe agnoſceret exploſis: illa quatuor volumina Euangeliſtarum, quibus totus nunc mundus vtitur, quorum doctrinam amplectitur, quorum autoritatem ſequitur, receperunt. Atque ita receperunt, vt ab eis vel pilum quidem diſcedere nefas eſſe putarent: ac ita decreuerunt, vt quicunque aduerſari eis, repudiare authoritatem eorum, repræhendere aliquid auderet, vt impium & hæreticum hominem è gremio matris ſanctæ Eccleſiæ, cuius teſtimonio ille aduerſando ſe ſubiectam & adulteram ſobolem, non legitiman prolem, & potiùs filium diaboli, quàm diſcipulum Chriſti eſſe probaret: ſtatim exturbarent, conſuetudine ſua interdicerent, neque vnquam conuerſationis conſortem eſſe vellet, & tanquàm ouem ſcabie Sathanæ

inſectam euitarent. Tanta igitur eſt Eccleſiæ authoritas, tam firmum, tam certum, & indubitatum, tam verum teſtimonium, vt quæcunque illa repudiaret, ſtatim vt ficta, vt falſa, vt deprauata reijciantur. Quæ legitima, quæ vera, quæ à Chriſto & Apoſtolis tradita, & propagata pronunciaret, ea tanta autoritate, quanta debeant, eſſent, & oracula ore Chriſti & Dei conditoris noſtri prodita haberentur. Vides igitur quæ ſit authoritas in reddendo teſtimonio Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ. Contra huius authoritatem veteres illi, quorum pietatem, modeſtiam, fidem, eruditionem, cæteraſque virtutes miramur, Patres nihil fieri paſsi ſunt, omnia eius præſcripto, eius authoritate decernebant. Adeò vt diuus Auguſtinus non dubitauerit & dicere & ſcriptis mandare, ſe Euangeliò crediturum non fuiſſe, niſi Eccleſiæ crederet. Credidit enim Euangelio, hoc verò eſt, euangelij illa quatuor volumnia, veram ſynceram, & ab omni fraude, & labe hæreticorum, ſuperſtitioniſque ſomnijs, doctrinam Chriſti continere: & cùm ea

Auguſtini dictum.

legeret, cùm pronunciari audiret, Chriſtum ipſum ſua verba reſonantem, ſuam veritatem pandentem, ſe in ſuis auribus, in ſuo animo reſonare crederet, & nec minimum addubitaret, nec tergiuerſaretur ea quæ docerentur, quæ in eis præciperentur, & ipſe ſequi, & omnibus, qui ſalutis & vitæ æternæ compotes vellent eſſe, vt ſequerentur autor eſſe, ea ita firma eſſe credens, ita veꝛa eſſe docens, vt cœlum potius, terráque tota vel periret, vel immutaretur, quàm illis vel vnum iota detraheretur. Quòd niſi, vt ipſe apertè palamque non fatetur modò, ſed profitetur etiã, teſtimoniũ eccleſiæ verum, & ſyncerum eſſe crederet, ſi de eo addubitaret, nunquàm ſentire poſſet. Hoc teſtimonio eccleſiæ mens ſua, quæ fluctuaret, firmata conſtitit, & in Euangelij doctrina acquieuit. Cui ille ita inſiſteret, nulla ratione ab ea ſe deduci, nullis fraudum machinis detrudi pateretur, vt crederet in eis ſolis vitam eſſe. Cætera quæ etſi eodem nomine circumferrentur, ſed ab his diſſentirent, vana, ficta, impura, plena fraudis,

fraudis, ſuperſtitioniſque iudicaret, repudiaret, & vt Sathanæ venena impugnaret, fugeret, ſugienda doceret. Quæ igitur cauſa Auguſtino fuit, vt tanta, tamque indubitata fide volumina illa Euangeliorum complecteretur, vt ea coleret, amplecteretur, exoſcularetur, vt tanquàm Chriſtum ipſum concionantem audiret? teſtimonium Eccleſiæ, quod ea veram doctrinã, eam eſſe teſtaretur. Hoc igitur idem nobis, ſi nos veros, legitimoſque filios dei probare volumus, ſemper & dicendum & faciendũ. Quicquid Eccleſia verũ, quicquid à labe mendacij purum, quicquid hæreticorum fraude non contaminatum, ſed à Chriſto diſcipuliſque ſuis profectum, & quaſi per manus traditum eſſe aſſeueret: ea & vera & incontaminata, ad ſalutem noſtram neceſſaria indubitata fide amplectamur. Neque cauillationem illam hæreticam vel pertimeſcamus, vel ſequamur, quæ dictum Auguſtini exagitat, repræhendit, & calumniatur. Sunt enim qui dicant, euangelio non propter eccleſiam credendum, autoritatemq;

Veri Chriſtiani eſſe eccleſiæ autoritatem ſequi.

eius

eius recipiendam: ſed propter Chriſtum Dominum, qui ea quæ in ſinu patris vidit, ad nos detulit, ea nos docuit: eam voluntatem patris ſui eſſe teſtatus eſt, cuius teſtimonium verum, æternum, ſanctũ ſit, cùm ipſe ſit veritas æterna, & inuiolabilis. Qui næ intelligendo nil intelligunt, & quid Auguſtinus dixerit non expendunt: ſed ſuo hæretico illo tumente iudicio, verbis Auguſtini non examinatis, ſenſu nõ perueſtigato, temerè cõdemnant apud imperitam turbam, ingenij opinionem, repræhendendis magnis ingenijs aucupantes. Quod plus videre, quàm illi ſancti patres, & ſpiritu ſancto eiuſque ſapientia pleni videantur. Non hoc enim ait Auguſtinus, vt teſtimoniũ eccleſiæ & authoritatẽ, Chriſti authoritati & teſtimonijs anteferret, & quod repudiata authoritate Chriſti, potiùs Eccleſiam ſequi, teſtimoniumque eius pluris facere ſe oſtendat, vel quòd veritatem, euangelium, nõ à Chriſto, ſed ab Eccleſia recepiſſe putet: hoc enim falſum eſſe, non dubitauit, ſed Auguſtini ea mens eſt, vt oſtendat, euangelij veritatẽ

ſe

ſe agnouiſſe teſtimonio Eccleſiæ, omnemque dubitationem ex animo ſuo, de euangelio teſtem Eccleſiam amouiſſe, feciſſeque, vt firmo aſſenſu hanc eſſe doctrinam Chriſti crederet, nec amplius dubitaret, vtrùm nec ne quatuor illa ſacra volumnia euangelij Chriſti, domini dei viuentis, filij in mundum hunc, à patre demiſsi, vt veritatem ſuam, voluntatem ſuam, miſericordiam ſuam, homini ſuo figmento, qui ſe repudiato, mendacis diaboli laqueis irretitus periret, teſtatam explicatamque relinquerent, eſſent. Non ignorauit, vir acute, diuus Auguſtinus, Dei teſtimonia & autoritatem filij eius, omnibus anteferendam: neque Euangelicæ veritatis Eccleſiam authorem eſſe: ſed Chriſtum filium Dei, verbum patris eſſe ſciuit, ſed vtrùm illa volumnia quatuor, verum Euangelium Chriſti, ſyncerum, non adulteratum complecterentur, dubitauit: nec priùs eis credere voluit, nõ antè autoritatẽ eorũ ſecutus, quàm Eccleſia teſte ea volumina ſola, verum & intactum dogma Chriſti continere didiciſſet. Teſtimonio Eccleſiæ con-

confirmatus dubitationem omnem depoſuit, Eccleſiæ authoritatem ſecutus, eam eſſe veram doctrinam Chriſti ſyncerè, & incontaminatè aſſeruatam credidit. Ab Eccleſia teſte & duce ad Chriſtum deductus, apud quam profitebatur, nullius ſe diſcipulum eſſe velle: niſi Chriſti, nil credere, nil probare, nil ſequi velle, niſi CHRISTI doctrinam, puram, expreſſam, & Euangelium ſyncerum. Quæ tamen doctrina CHRISTI, vbi, & quibus in voluminibus, inter quos pura & incontaminata maneret, ſe neſcire teſtaretur. Eccleſiam igitur Catholicam, vt ſponſam CHRISTI adijt, ab ea CHRISTVM ſibi, veritatemque doctrinæ ſuæ monſtrari petens, hanc ſolam iudicans ſcire, & ſyncerè docere, quæ ſit, & vbi ſit doctrina CHRISTI: hanc ſolam virginem caſtam, labe hæretica non contaminatam, ſolam in thalamis CHRISTI inhabitare, voluntatem eius ſcire, veritatem à ſponſo ſuo, in ſuo ſinu repoſitam, intactam illibatam-

Auguſtini conſilium.

tamque retinere, nec alio modo ad Chriſtum poſſe quenquam, ad eiuſque doctrinam veram peruenire, in penetralia Chriſti ingredi, ſenſus eius compræhendere, quàm duce & magiſtra Eccleſia. Repudiatis ergo diuus Auguſtinus, inter quos educabatur, Manichæis, ad Eccleſiam confugit: veritatem ſibi ab ea monſtrari petit, cum ea in thalamum Chriſti ingredi deſiderans. Igitur Eccleſia ſancta manu præhenſum in atria CHRISTI ducit, fontes veritatis aperit, quatuor illa volumína Euangeliorum, puriſsimos illos fontes, & in quibus vita ſit teſtatur: hæc ſibi à CHRISTO in manus pignora ſalutis tradita aſſerit: atque non amplius dubitet, vt ciſternas hæreticorum fraude effoſſas, cœno & veneno plenas deſerat, hortatur. Acquieſcit Auguſtinus, & firmo aſſenſu complectitur, & probat teſtimonium Eccleſiæ: repudiatis cæteris hæc volumina quatuor ab Eccleſia data arripit, atque vt veritatem æternam filij Dei ore proditam veneratur quicquid

quid in eis præcipiatur, doceatur, ſcribatur, ſanctum & ſalutare credit, dubitare de eis diſſentire, diſcedere ab eis, ſummæ impietatatis nefas iudicat: tam ea vera eſſe, quàm ipſe Chriſtus patris imago viua, verus eſt: tam æterna, tam ſalutaria, vt ipſe Deus, è cuius ſinu per filium ſuum, ad nos delata ſint, æternus & ſalutis noſtræ author eſt, nil dubitãs credit. Vides igitur, vir acute, qui in Auguſtinum petulanti ore inuaſeris, dum vis de Eccleſia iudicium ſuum condemnare, ſtultitiam tuam, impudentiam, calumniandique ſtudium, ſancta ingenia te prodidiſſe. Vides, Auguſtinum Chriſtum dominum autorem euangelij, autorem eius veritatis eſſe, teſtari, proptereaque illi parendum, propterea verum eſſe, quod ab ipſo ſit profectũ, quod eius oraculis proditum. In illis autem quatuor voluminibus Euangeliſtarum, quibus Eccleſia paſcitur, Chriſti eſſe veram doctrinam, certam, indubitatam, ſynceram, & incõtaminatam, teſtimonio Eccleſiæ ſe didiciſſe profiteri. Alioqui non crediturum fuiſſe, vt & cæteris quæ Euangelij

gelij nomine circumferrentur, non crediderit, niſi Eccleſiæ teſtimonium haberet, quam ſyncerè & verè iudicare, crederet, teſtem veram eſſe ſciret. Eccleſiæ igitur Auguſtinus teſtimonio tanquàm ſigillo vſus, Euangelij verba, vt Chriſti complectitur, & propter Chriſtum autorem veneratur, eam autem doctrinam, quam veneretur, voluminibus Euangeliſtarum contineri, teſtimonio eccclesiæ cognoſcit & credit. Nam quẽadmodum teſtamento ſigilla, vel appenſa, vel impreſſa, cuius ſint, à quo obſignatum teſtametum fuerit docent, teſteſque indicant, qui ei ſcribendo adfuerint, voluntatem teſtatoris obſignauerint, obſignatam ſyncerè aſſeruauerint, ſic Eccleſia teſtamenti Chriſti incorrupta teſtis eſt, hæc ſuam voluntatem, obſignatam conſeruat, hæredibuſque ſuis integrũ & inuiolatum teſtamentum Euangelij profert de gremio ſuo, abſque vlla fraude ſeruatum & tradit. Vt igitur hæredes propter autoritatem teſtium & ſigilli integritatem verum teſtamentum eſſe agnoſcunt, ſic Auguſti-

 nus,

nus, ſic nos omnes hæredes Chriſti, teſtamentum eius, Euangelium inuiolatum, cognoſcimus Eccleſiæ teſtimonio: voluntatem autem Chriſti & veritatem doctrinæ eius, ex ipſis voluminibus, vt teſtamento ab Eccleſia teſte in manus noſtras tradito amplectimur, eiuſque volūtate, eius authoritate hæreditatem & legata, vel accipimus, vel alijs quibus ille voluit reddi, reddimus. Quam quidem voluntatem Chriſti nunquam cognouiſſemus, niſi Eccleſia teſtis eius locuples eam nobis aperuiſſet, voluminaque teſtamenti eius nobis tradidiſſet, purè & integrè aſſeruata. Hæc de authoritate eccleſiæ, Auguſtiniq; iudicio de eius teſtimonio dicta ſint, pergamus ad cœtera, & quid Eccleſia nos doceat de recèns natis, videamus.

PRAELECTIO NONA.

Euangeliū aliud eſſe ſcriptum, aliud non ſcriptum.

VT autem res planior ſit, & omnem anſam aduerſarijs occaſionemq́uæ veritatem

tem impugnandi auferat, de Euangelij ratione nonnulla dicenda: ac latiùs eius vim diffuſam eſſe, quàm aduerſarij putant, oſtendendum. Arctis enim finibus nimium poſſeſsionem eius concludunt: volunt enim Euangelij doctrinam totam in quatuor illis Euangeliſtarum libris, quibus Eccleſia teſtimonium reddit, contineri: & quicquid extra eam ſit, quicquid Apoſtolorum ſcriptis non comprӕhenſum, non expreſſum, non prӕceptum ſit, totum vt vanum & fictum reprӕhendunt, ac ſuis ſynagogis explodunt. Eccleſiam hoc nomine condemnant, & mendacij ream agunt, quòd multa quӕ nec libris Euangeliſtarum, nec ſcriptis Apoſtolorum contineantur, à CHRISTO veritatis & ſalutis noſtrӕ authore, ſuiſque diſcipulis veritatis eius teſtibus, prodita, inſtituta, & per manus nobis tradita doceat. Aſſerunt enim ea in ſcriptura nuſquàm inueniri, aſſerũt nil recipi à fidelibus debere, niſi quod ſcripturӕ ſacrӕ, indubitatis

verbis & ſententijs expreſsis firmari poſsit. Cætera hominum vel ſuperſtitioni deditorum, vel auariciæ ſuæ inſeruientium, imperijs & honori ſuo conſulentium inuenta & figmenta eſſe, Romanæq; tyrannidis inſtrumenta. Quod quàm rectè & ſentiant & doceant, cùm Euangelicæ doctrinæ & Apoſtolorum vim cognouerimus, cùm partes eius expenderimus, cùm quàm latè ſua poſſeſſio diffuſa pateat viderimus, non difficile iudicatu erit. Duplex Euangelium eſſe dicimus, duplicem doctrinam Apoſtolorum. Idque ita eſſe, non verbis ſolùm, non contentione ſola, vt iſti ſolent, ſed ſcripturæ teſtimonijs, cuius ſolius iſti authoritatem recipiunt, firmabimus. Duplex igitur ratio euangelij eſt: Alia quæ Euangeliſtarũ voluminibus deſcripta continetur, quod Euãgeliũ ſcriptũ, tânquàm leges iuſque ſcriptum appellamus: Alia, quæ ſcripta non eſt, & quaſi ius ſine ſcripto, in vſu & conſuetudine verſatur: moribus recepta, & temporis vſu longiſsimo comprobata: non minus, quàm illa, quæ ſcriptis Euangeliſtarum Apo-

Epiphani.

Traditionis Patrũ.

Apoſtolorumque continetur : neque minorem huic doctrinæ Chriſti Apoſtolorumque Eccleſia authoritatem tribuit,non minùs eam veneratur quàm illam ſcriptam. Neque enim ita pudoris obliti ſumus (vt aduerſarij noſtri) vt audeamus dicere,Euãgelij veritatem omnem,doctrinam omnem,vimque totam, breuibus illis voluminibus, quibus capita rerum doctrinæ, miraculorũ Chriſti, inſtitutorumque Apoſtolicorum, memoriæ cauſa roborandæ, deſcripta referuntur,contineri,& comprænenſam eſſe. Cùm manifeſtè ex his, quæ ſcripta ſint,eam eſſe minimam partem Euangelij Apoſtolorumque doctrinæ, quæ nobis ſcriptis eorum referuntur, teſtatur etenim diuus Ioannes Euangeliſta. Non ›› potuiſſe omnia,quæ à Chriſto facta ſint, ›› ſcribi. Sic enim ait, concludens ſuum E- ›› uangelium : Suntautem & alia multa, ›› quæ fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos,qui ſcribendi ſunt libros. Hæc Ioannes,quæ cùm audis, poteríſne dubitare. omnia nécne, quæ à Chriſto

 facta,

facta, dicta, præceptáue ſint, ſcripta eſſe? maximè cùm videas ea ita in compendium redacta, quæ ſcripta ſunt, vt vno & altero die, omnia enarrari & confici poſſent: CHRISTVM autem tribus & dimidio anno totos & continuatos concionatum eſſe dies, nullumq́ue tempus vacuum, quo vel non ageret aliquid, quo non doceret, non ægrotos curaret, dæmonia nō eijceret, prætermittere voluiſſe. multos ſanatos eſſe à Chriſto Euangelia, teſtantur: paucorũ nomina & hiſtoria refertur. Iam quæ dementia fuerit, Pauli doctrinam, Petri, omniumq́ue Apoſtolorum, ſcripto contineri affirmare, cùm apertiſsimum ſit, paucorũ Apoſtolorũ, pauca ſcripta circumferri, que certis vel ciuitatibus, vel hominibus miſſa ſint Cùm doctrina eorum totum orbem terrarum peruagâta ſit, in omnē terram ſonus eorum exierit. Audi quid Paulus dicat ad Corinthios ſcribens: Laudo vos fratres, quòd per omnia
" mei memores eſtis, & ſicut tradidi vo-
" bis, præcepta mea tenetis. Præcepta,
" inquit Paulus, mea tenetis, ſicut tradidi vobis.

Doctrinā Apoſtolorum late patere.

vobis. Quære à Corinthijs, vbi ſunt ea præcepta, Pauli quibus in libris legũtur? iube proferri ea volumina, in quibus Paulus ea præcepta deſcripſerit, quæ Corinthios tenere ſcribit: audies tibi ſtatim reſponderi, audies Corinthios, nulla ſcripta ſe habere Pauli, nullos libros, in quibus præcepta illa deſcripta legantur, teſtantes. Mox iterum audies reſpondere eos, præcepta Pauli, in cordibus ſuis ſcripta eſſe. Non libris, inquient, non tabulis ea mandauimus, ſed mentibus noſtris inſculpſimus, non deſcribendis eis, ſed vita exprimendis, moribus conſeruandis, doctoris noſtri Pauli memoriam renouamus, nec patimur eam inter nos intermori. Sed dices, Epiſtolæ duæ ſunt, quibus Paulus præcepta illa complexus eſt. Audi quid dicat idem Paulus ad eoſdem Corinthios ſcribens, Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris: quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati quoniã epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapi-

Præcepta Pauli vbi ſcripta.

deis,ſed in tabulis cordis carnalibus. Audis quid dicat, vbi præcepta illa Corinthijs tradita, aſſeruari oſtendat: epiſtolam Chriſti ipſos Corinthios vocat, conſcriptam nō atramento, ſed ſpiritu dei viui, non in lapideis tabulis, aut charta, ſed in tabulis cordis. Nō igitur in epiſtolis ſuis, quas ad Corinthios miſit ſua illa præcepta deſcripta eſſe docet, quæ ſe tradidiſſe antè eis in epiſtola teſtatur, ſed in cordibus eorum. Nam quæ epiſtolæ ad Corinthios leguntur, in charta atramento deſcriptæ ſunt, & ſcriptæ traditæ illis, multò poſt præcepta illa, quorū in epiſtola meminit, Corinthioſq; quod ea ſeruent in cordibus ſuis deſcripta, laudat.
» Audi iterum quid alio loco dicat: Ita fra-
» tres ſtate & tenete traditiones quas di-
» diciſtis, ſiue per ſermonem ſiue per epi-
ſtolam noſtram. Audiſne Paulū duo genera ſuarū traditionū eſſe docentē: Aliud quod in epiſtolis contineatur, quod ſuam doctrinam ſcriptam complectatur: Aliud non ſcriptū, & à præſente per ſermonem traditū. Quære autē ab his, quibus hæc ſcribat, quæ illæ traditiones ſint

epiſto-

epiſtolas quidem proferent, cum ſcriptis traditionibus Pauli, quas licet ſemper legas: Quære vbi ſint illæ, quas per ſermonem acceperint, reſpondebunt ſtatim, in cordibus ſuis ſcripta eſſe, in animis repoſita cuſtodiri, vita à ſe ſemper exprimi, ac quales illæ traditiones Pauli ſint, cœtus ſuos, Eccleſiam ſuam, moribus monſtrare. Idem Paulus Theſſalonicenſibus ſcribens teſtatur apertè, ſe præcepta eis tradidiſſe his verbis: De cætero ergò fratres, rogamus vos & obſecramus in do- »
mino Ieſu, vt quemadmodum, accepiſtis »
à nobis, quomodò oporteat vos ambu- »
lare & placere Deo, ſic ambuletis, vt a- «
bundetis magis. Scitis enim quæ præce- «
pta dederim vobis per dominum IE- «
SVM: Hæc Paulus. Præcepta inquit «
dederim vobis quęre à Teſſalonicẽſibus, «
vbi ſunt ea præcepta, quibus in libris deſcripta leguntur? nullis dicent. Vbi igitur ſint? in animis noſtris, in cordibus noſtris, quę vt vitâ & moribus exprimamus, rogat nos & hortatur, inquient. Idẽ Corinthijs Euangelium ſuum, quod eis per ſermonem tradiderat commendat: & ſe-

cundum illud ſuum Euangelium vt viuant hortatur. Profer igitur quæſo Euangelium illud: oſtende volumna huius Euangelij Corinthijs à Pauli traditi. Quorſum hæc inquies? eò inquam, vt ſcias, aliud Euangeliũ ſcriptum eſſe, & aliam doctrinã Apoſtolorũ, quæ ſcriptis eorũ cõtineatur: aliã quæ per ſermonẽ eorum tradita ſit: & aliud Euangeliũ, quod non in membranis atramento ſcriptum ſit, ſed in cordibus animiſque fidelium, ſermone Chriſti impreſſum, quod illi memoriâ, nõ chartis exceptum aſſeruant. Falluntur igitur multum, falluntur, qui neque Chriſti, neque Apoſtolorum alia præcepta, alias traditiones, præter ea, quæ ſcriptis noui teſtamenti explicata circumferuntur, eſſe docent. Cùm multo maior pars doctrinæ factorum, præceptorum Chriſti, Apoſtolicarúmque traditionũ, absq; ſcripto, in gremio Eccleſiæ caſtè aſſeruandæ, poſita fuerint. Neque enim eadem euãgelij

Differẽtia legis & Euangelij.

& legis, non eadem veteris & noui teſtamenti ratio eſt. Lex ita ſcripta, vt nil liceret addere, nil quod ad populum illũ

inſtituendum pertineret, in ea à Moyſe prætermiſſum: legis proprium eſt, traditiones ſuas ſcriptis comprahendere, quę veriùs chartis, quàm vitæ ſanctitate exprimantur: fideliùs in tabulis, quā in cordibus conſeruentur. Euangelij autē alia ratio eſt. Euangelium eſt illa lex, quam Deus ſe daturum quidem promiſerit, ſed non in lapideis tabulis, vt illam Moſaicam, verùm quæ in cordibus hominum ſcripta maneret, in mente non in arca aſſeruaretur, quod futurum fuiſſe Hieremias in ſpiritu ſancto multò ántè præuiderat, ac prædixit, dicens: Dabo legē meā in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Et hæc eſt illa lex melior, per quam omnes, qui eā obſeruarent vitam conſecuturos: qui verò eam relinquerent, morituros propheta canit. Hanc legem tulit ille, qui tot oraculis olim promiſſus, qui in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus Chriſtus Dominus. Sed nolo plura congerere teſtimonia ſcripturarum, res eſt aperta, duplex Euangelium eſſe: Alterum ſcriptis mandatum: Alterum abſ-

que ſcripto in cordibus fidelium impreſſum, memoriâ retentum, vitâ expreſſum, moribus caſtis frequentatũ. Quod vbi ſit perquiramus, & quæ illa eſt doctrina Apoſtolorum, quæ ſcripta non eſt, quam Paulus traditionẽ vocat perueſtigemus. Ac non ſolùm vbi, & quæ ſit quærendũ, ſed etiam qui eam monſtret, qui nos in eius atria ducat, inueniendus eſt. Præter Eccleſiam autem nemo eſt, qui ſe certiorem ducem, ad eam rem nobis offerat. Ab hac accepimus Euangelium ſcriptũ, doctrinas Apoſtolorum ſcriptas: quod illa probauit credimus, quod nobis tradidit aſſeruamus: veram, ſynceram, & incorruptam teſtem eam cognouimus: teſtamentum Chriſti, quo hæredes vitæ æternæ, & regni cœleſtis inſtituimur, inuiolatum, obſignatum, ſyncerè & cum ſumma fide aſſeruatum, ab ea recepimus. Ab eadem igitur teſte, quod ſit Euangelium non ſcriptum, quæ traditiones Apoſtolorum non ſcriptæ ſint, perquiramus. Audiemus ſtatim eam dicere: euangelium non ſcriptum, & traditiones Apoſtolicas, contineri cærimonijs, ſacramentis,

Traditionem Apoſtolorũ in Eccleſia.

mentis,& his omnibus inſtitutis, quæ moribus caſtis, quæ conſuetudine pia, cœtus fidelium aſsiduè exprimant, quod fieri præcipiant, quod admitti vetent. Quære enim vnde Eccleſia ea inſtituta acceperit, quibus abſque ſcripto vtitur, quæque in moribus vigeant: reſpondebit ſtatim, à Chriſto & Apoſtolis. Et quidem priùs hanc Euangelij partem ſibi commendatam, traditamque teſtabitur, quæ ſcripta non ſit, quàm eam, quæ rogatu nonnullarum Eccleſiarum, priuatorumúe hominum, ab Euangeliſtis capita rerum tantùm carpentibus deſcripta ſit. Non credo dices hîc Eccleſiæ, non recipio traditiones iſtas, figmenta hominum ſunt, non Chriſti, diſcipulorumúe eius traditiones. Quid ais quæſo te, eam Eccleſiam mendacij condemnas, quam modò veram teſtem iudicaſti: eam teſtem reijcis, cuius modò authoritatem ſecutus fueris. Dediſti ſuo teſtimonio locum, cùm tibi traderet Euangelium ſcriptum, accipis oblatum, vt dici ſolet, obuijs vlnis, ſyncerè aſſeruatum, integrè traditum, fidem in reddendo depoſito

Nō poteſt Eccleſia ſimul & vera & mendax eſſe.

eius

eius celebras : cùm verò tibi traditiones & CHRISTI & Apoſtolorum requirenti offerat, cùm hanc quoque doctrinam, quæ in moribus ſita eſt, eorum eſſe profiteatur, ſyncerè & intactam in ſuo ſinu aſſeruatam, teſtetur: nō modò non recipis, non modò repudias, ſed etiam mendacij ream agis, ac tecum ipſe pugnas. Quomodo enim fieri poteſt, vt eadem Eccleſia & vera & mendax ſit teſtis, vt veritatem Chriſti & Dei, & mendacia Diaboli foueat? quæ ſocietas quæſo luci cum tenebris? quæ conuentio Chriſto cum Belial? ſi Eccleſia in ſe diuiſa eſt, quomodo ſtabit? quæ autem maior diuiſio fuerit: quàm mendacij & veritatis, quàm Chriſti & Belial? nō poteſt eadem Eccleſia & Chriſti, & Sathanæ teſtis eſſe & miniſtra. Si Chriſti eſt, nullus Sathanæ locus in eius poſſeſsione relinquitur: Sin Sathanæ ſeruit, ſi mēdacia eius ſtabilit, Chriſtum cum veritate abijciat neceſſe eſt. Si deo & mām onę, nemo poteſt ſimul ſeruire, multò minùs deo & diabolo, qui duo domini ſunt multū diuerſi, & multū diſsidētes. Relin quitur igitur,

gitur, eccleſiam aut verã teſtẽ eſſe, quod tiã cõceſsimus, aut mẽdacẽ, quod tu nũc teſtimonio ſuo, de traditionibus reprobato oſtẽdere conaris. Mendacẽ eſſe eccleſiam, non eſt Chriſtiani ſentire: veram eſſe credere, fidelium ſemper habitum eſt, & qui aliter ſentiret, vitæ æternæ participem non fore, vel ipſorum Apoſtolorum decreto, qui inter cætera fidei ſuæ ſymbola, hoc verum eſſe voluerunt, vt Eccleſiam ſanctam, ſanctorumque cõmunionem credamus. Quod ſi ſancta eccleſia eſt, mendax eſſe non poteſt: vbi enim mendacij labes eſt, ibi ſanctitati locus non relinquitur. Si igitur ſancta, certè non mentitur: ſi nõ poteſt mentiri, verax eſt, & teſtimonium eius verum: ergo & hoc verum eſt, traditiones, quæ in communione ſanctorùm, & fidelium cœtu vigeant, moribus & conſuetudine fidelium referantur, veras eſſe, & à Chriſto diſcipuliſque eius, patribus & ipſi Eccleſiæ traditas, & quaſi per manus ad nos vſque deductas. Traditio autem Chriſti & Apoſtolorum quid eſt, niſi Euangelium, Euangelium illud quod nõ

Eccleſia vera Apoſtolorũ teſtimonio columna & firmamentum veritatis, Tim. 3.

in

in voluminibus, ſed in cordibus fidelium ſcriptum ſit, quod per manus traditum, ad nos propagatum, integrè & ſyncere ſemper aſſeruatum. Quod quia verum eſt, æternum eſt, neque tot machinis Diaboli, & hæreticorum expugnari vllo modo poteſt. Et primùm quidé Sathanas ſcriptum illud Euangelium, ſcriptam Apoſtolorum doctrinã multis varijſque dolis aggreſſus, cum ſuis ſatellitibus oppugnauit, vbi cùm illi non ſuccederet, ſtatimque profligaretur, ad eam partem cópias vertit, quæ ſine ſcripto in vſu & moribus eccleſiæ viget, hanc ſuos duces inuadere iubet, hanc depopulari, hominũque mentes ab ea abducere, credẽs eam deſuetudine poſſe aboleri. Hanc igitur parté euangelij, & doctrinæ Apoſtolorum, cùm ſimul totum euertere nõ poſſet, labefactare & ſedibus ſuis emouere conatur: hoc verò eſt è cordibus fidelium abolere, vt ſi hanc euertiſſet partem, reliquam illam totis viribus copiiſque omnibus præſidio huius priuatam faciliùs expugnet, memoriamque Dei & Chriſti, è mentibus noſtris deleat.

Diabolus Euangeliũ oppugnat.

Sed

Sed nil agis o diabole, fruſtrà conaris, fruſtrà tot inſidias moliris, firmo in fundamento, in Chriſto angulari illo lapide, in quo tu corruiſti, vbi naufragiũ feciſti, veritas poſita eſt, manet Euangeliũ Chriſti, manent traditiones ſuæ, & Apoſtolorum: manent ritus Eccleſiæ, vigent cærimoniæ, ſplendent ſacramenta. Premitur quidẽ per te, tuoſq́ue veritas, tentatur Euangelium, opprimitur tamen nunquam, vincitur nunquàm. Turbatur Eccleſia, fluctibus varijs perditorum pulſatur, mergitur nunquam, Chriſtum in medio ſui ſedentem habet, ac bene ſperare iubentem. Qui ſi aliquando dormiat, locumq́ue fluctibus det, timendum tamẽ non eſt, excitatus precibus noſtris, fluctus ſedat, ſolem reducit, tempeſtates, flatuſque tuos componit, aſſumit ſcutum & arma, hoſti occurrit, propulſat pericula, prędam tibi hoſti eripit, ac ſuos ſuis ſedibus reſtituit. Eccleſiam ſuam columnam & firmamentum veritatis fouet, te hoſtem noſtrum, ſpiritu oris ſui ad ima tartari protrudit. Sed longiùs provehimur, ad teſtem Eccleſiam redeamus, Diaboli inanis conatus.

 com-

eis vixerunt, cum eis conuerſati ſunt, & quod illi reſponderint, quod cæteris per manus tradiderint, ſequamur.

PRAELECTIO DECIMA.

AC primùm quidẽ, hunc morem Apoſtolis docentibus fuiſſe, cùm ex alijs locis, tum verò ex hoc Pauli, quem ſubijciam, planum eſt: Ait igitur Paulus, ſpem reſurrectionis mortuorum indubitatam eſſe oſtendens: Alioquin quid facient, qui baptiſantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt, vt quid & baptiſantur pro illis. Quæ verba Pauli apertè docent, in eum errorem incidiſſe nonullos, in Eccleſia illa naſcente, vt crederent, non ſolùm viuis, ſed etiam mortuis Baptiſmum ad remiſsionem peccatorum, & vitam æternam vtilem eſſe. Et propterea quos amarunt, quosque viderent ex hac demigraſſe vita non baptiſatos, quòd nollent eos perire, quòd ſecum vitæ æternę, reſurrectionis corporum, & regni

Error quorundã, qui poſtea in hæreſim verſus.

cœleſtis participes eſſe cuperent, eorum perſona accepta, & nomine eorum baptiſabantur. Cuius quidem erroris occaſionem eſſe eam iudico, quòd vel legerint in epiſtola D. Petri, vel audiuerint, eum dixiſſe hæc verba: Propter hoc enim & mortuis euangeliſatum eſt, vt iudicentur quidem ſecundum homines in carne, viuant autem ſecundum Deum in ſpiritu. Cùm enim audiſſent Euangelizatum eſſe mortuis, non temerè, & non abſque cauſa euangeliſatum eſſe iudicabant. Præſertim cùm audirent dici hæc verba, vt iudicati ſecundum homines in carne, viuant ſecundum Deum in ſpiritu. Credebant igitur vitam deberi mortuis. Sed quoniam audierant Chriſti ſententiam, neminem ſaluum fore, niſi qui credidiſſet & baptiſatus fuiſſet: & neminem ingreſſurum in regnum Dei, niſi renatum ex aqua & ſpiritu, ſubuenire mortuis contendebãt: vtque eos participes vitæ promiſſæ redderent, pro eis ipſi baptiſabantur, baptiſmum ſuum nomine eorum ſuſceptũ, vtilem illis ad ſalutem & vitam eam, cuius cauſa

Epiphanius lib. 1. tomo 2. contra hæreſes.

cauſa euangeliſatum eſſe mortuis audiebant, fore credentes. Hoc autem vt ita eſſe crederent, inde adducebantur, quod recèns natos, qui vix ſenſus & vitæ compotes eſſent, vix ſpirarent, neque multum mortuis abſimiles viderentur, ſacramento baptiſmi ablui, idque eis ad remiſsionē peccati originis vtile eſſe, Eccleſiam authoribus Apoſtolis decernere, ac fide indubitata credere; qua in re veriſimile eſt, eos ita ratiocinatos fuiſſe: Infantes vix ſenſus compotes, quid ſecum fieret nil planè cognoſcentes, alijs nomine eorum reſpondentibus, ac ſpondentibus remiſsionem peccatorum in fide aliena, hoc verò eſt eccleſia, parentum, & patronorum, à quibus ad ſacramentum baptiſmi deferantur, per baptiſmū cōſequuntur, participes fidei alienæ ſunt, certè & mortuis, quibus euangeliſatum eſſe audimus, quibus peccatorū remiſsio annunciata (Euangelium enim remiſsionem peccatorum & vitam æternam annunciat) profuerit, ſi nos nomine ipſorū baptiſemur: hac eadem ratione, hac eadē via compotes vitæ æternæ futuri: ete-

nim ſi infantibus aliena fides vtilis eſt, cur mortuis non ſit vtilis, itidem non videmus. Quæ ratiocinatio, etſi ſpeciem quandam veritatis præſeferre videatur, tota tamen falſa eſt: etſi enim per ſimilitudinem baptiſmi infantium conficiatur, & ex ſimilibus deducta appareat, tota eſt diſsimilis, & diſsentanea his, quæ de recẽns natorum Baptiſmo Eccleſia inſtituto Apoſtolorum obſeruat. Quid enim ſimile eſt mortuis cum viuis? quid ſimile habent, qui in peccatis & ſuis & originis ſuæ perierunt? qui Euangelium repudiarunt? qui ipſi ad Chriſtum, quem vel ſcandalum vel ſtultitiam eſſe duxerunt, vltrò vocati venire noluerunt cum his, qui ad fidem naſcuntur, qui CHRISTO ſtatim offeruntur, qui diſciplina eius inſtituuntur, ac formantur. Qui quod aliorum ore ſpoponderint, ipſi paulò pòſt in cœtu Eccleſiæ, ante tribunal principis Eccleſiæ, Epiſcopi ſpondeant, profiteantur, ſeque ſeruaturos iurent doctrinam CHRISTI: in corde infantium ſpiritusſanctus habitat,

Diſſimilis ratio mortuorum & recẽns natorum.

mentes

mentes eorum emundat, fidem in Chriſtum plantat, & fouet: in mortuis autem cadaueribus, qui locus ſpiritui ſancto eſt? præſertim eorum, qui cum charactere Sathanæ ex hac vita deceſſerunt? Naſcens arbor pôteſt in hanc vel illam partem flecti, poteſt in melius traduci ſolum, irrigata fouetur, radices agit, incrementa ſumit, fructus datura. Arida autem arbor, in quam partem ſemel ceciderit, ibi manet, fruſtrà irrigatur, fruſtrà colitur, fruſtrà repurgatur, ſoli igni apta eſt. Magna ergo diſsimilitudo eſt inter mortuorum, & recèns natorum Baptiſmum, magnum diſcrimen. Quare ſancta Eccleſia, Patres ſancti, concilia ſancta, recèns natos, vt ab Apoſtolis inſtitutũ eſt, ad lauacra ſacra deferri, CHRISTO eos per ſacramentum Baptiſmi conſecrari, eius charactere conſignari, ac cum Iſaaco octauum diem nato infante, non quidem in carne, ſed in animis, non carnis præputia, ſed mentis & cordis eorum reſecto circumcidi voluerunt. Oſtendimus autem ad-

uerſarij, circumciſionem præputij, figuram ſacramenti baptiſmi, per CHRISTVM inſtituti, fuiſſe. Videamus igitur, an fando vnquàm quis audierit, mortuos circumcidi ſolitos, mortuis qui in ſua impietate perijſſent, alienam circumciſionem profuiſſe? equidem nemo erit tam audax, qui hoc dicere audeat. Infantium circumciſionem fuiſſe, nemó eſt qui neſciat: viuorum non mortuorum præputia circumcidebantur: viuorum igitur baptiſmus eſt, & eorum qui ad vitam vocantur, quales ſunt recèns nati, & cæteri qui fidei in CHRISTVM capaces ipſi eſſe poſſunt, non cadauera mortua ac putrida: vt igitur Eccleſia ſancta recèns natorum Baptiſmum ab Apoſtolis inſtitutum agnoſcit, probat, retinet, ita mortuorum lauacra iſta ab imprudentibus & pietate in ſuos, non ſecundum ſcientiam Euangelij & myſteriorum CHRISTI abutentibus, confiCta repudiauit, inania veritatis eſſe, nil mortuis prodeſſe, decreuit ac docet. Quem errorem cùm Montanus quidam reuocaret, & contra Eccleſiæ authoritatem

Mortui nō baptiſandi

Montana hæreſis.

tatem defenderet, hæreticus ab ea ipſa Eccleſia Catholica pronunciatus, cœtu fidelium eiectus, lauacra ſua fece mendaciorum fætentia, in ſuos Cataphrygas (& vt Theophylactus autor eſt) & Marcioniſtas effudit. Ac ita effudit, vt nunquam deinceps labra hæc diaboli in cœtus fidelium referantur. A ſacramento autem Baptiſmi, contra Apoſtolorum inſtitutionem, & Eccleſiæ vniuerſalis ſententiam, Pelagius cum ſuis recens natos dum amouere conatur, hæreſeos condemnatus, ab Eccleſia exploſus. Cuius dogma obtritum, & planè iam obſoletum, Petrus quidam Brugenſis, & Henricus Gali, temporibus diui Bernardi renouarunt, & è tenebris Pelagianis in lucem protulerunt: quod iterum in ſuas tenebras retruſum, ætatis noſtræ, qua Sathanas omnem ſuam vim ad euertendam Eccleſiam, vineam CHRISTI depopulandā effudit, hæretici referunt, ab inferis reuocant, expoliunt, ac in omnibus triuijs vendunt. Cuius erroris, etſi non ſit proditum memoriæ, tamen verſimile

Pelagij hæreſis.

Petrus Brugenſis.

 eſt,

eſt, Diabolum mendacij omnis patrem, eam arripuiſſe occaſionem, quòd videret propterea eccleſiam decreuiſſe, mortuis nil ſacramentũ baptiſmi prodeſſe, quòd fidei capaces non ſint, quòd non crediderint in Chriſtum, quòd in ſua incredulitate mortui fuerint, neque ea ſentire poſſent, neque probare, imprõbaréue, quæ ſuo nomine agerentur. Ad lauacra autem baptiſmi venire contendentibus, fructumque inde cõſequi, & referre cupientibus, primùm credendũ eſſe: Chriſtus præceperit: mortui autem credere nõ poſſũt, ob eas quas retulimus cauſas. Quam ſententiã Eccleſiæ cùm diabolus audiuiſſet, amouendi à baptiſmi myſterijs infantes inde occaſionem arripuit, vt quorum exemplo mortuos baptiſari perſuaſerat, eos ipſos à baptiſmi myſterijs mortuorum exemplo reijciat, ac Eccleſiæ decretis ſemper aduerſetur, & quacunque arte poſſet ſaluti noſtræ occurrat. Nam Sathanas hoc ſemper agit, vt veritatem ſuis mendacijs inficiat, errores inde deducat, eius colore tingat, quo faciliùs incautis imponat. Sic igitur

Occaſio hæreſeos, non baptiſãtis recẽs natos.

Sathanas quid agat.

igitur Pelagium ſuum, Petrum Brugenſem ſuum, & illum Apoſtatam, & helluonem Henricũ, ratiocinari docuit: Videtíſné magnam etſi non ſit, videri tamen, ſimilitudinem recens natis cum his qui vita excedunt. Etſi enim ſenſus, & vitæ compotes ſint, iudicio tamen & ea intelligentia, qua myſteria fidei (quam Baptiſmum antecedere debere Eccleſia, CHRISTVM ſuum ducem ſecuta docet.) capere poſſent, prorſus deſtitutos eſſe, neque quæ ſuo nomine inter illa lauacra aquæ dicantur, ſpondeantur, & fiant, ſentiunt: mortuis quibus Eccleſia fontes iſtos clauſit, perſimiles. Concludite igitur vos, & docete, infantes & recens natos, non eſſe capaces Baptiſmi, expectandam ætatem maturam eorum, vt & credere & capaces eſſe poſsint myſteriorum Baptiſmi: oſtendite antè maturiorem ætatem, antequàm quid ſit fides, quæ myſteria eius intelligant, inutilem illis baptiſmũ fore. Et qua ratione eccleſia mortuos à myſterijs baptiſmi excluſerit, hac eadem vos infantes excludite, fontes

Conſilia diaboli.

Batiſ-

Baptiſmi eis claudite, vt partem hanc prædæ Eccleſiæ & Chriſto ereptam, mihi tradatis. non ignoratis enim, omnes eſſe meos, qui aqua & verbo vitæ originis peccatum, cuius ego author fui, qui characterem hunc primus homini impreſsi, non abluerint. Futurum autem, vt multi antequam ad ætatem maturiorem veniant, ex huius ſtatione vitæ decedant, noſtrique ſint. Hoc igitur agite, commilitones mei fidiſsimi, & cùm non poteſtis totum aſſerere mihi regnum, at partem aliquam eius vt aſſeratis vigilate. Placet oratio, & conſilium diaboli Pelagio, placent rationes Petro Brugenſi, & helluoni nocturno Henrico: ſtatim prouolant in cœtus hominum, repræhendũt iudicium Eccleſiæ, quod de Sacramentis malè ſtatuat, neque ea fide qua Chriſtus voluit, ea diſpenſari à ſuis diſpenſatoribus permittat: Chriſtum ſacramenti Baptiſmi participem ſolum eſſe eum voluiſſe, qui primùm credidiſſet. Iſtos autem, quorum fidei diſpenſatio ſacramentorum commiſſa ſit, recens natis, qui fide careant, fontes baptiſmi aperire, cũ ſum-

ſumma & Chriſti & ſacramentorum iniuria, ac ipſorum etiam infantium contumelia, quòd cogant ſubire onera, quæ an ferre poſſint, nondum ſciunt, probare & ſequi ea, quæ qualia ſint ignorẽt, quæ non ſuo iudicio, ſed alienis præceptis coacti ſequuntur. Ferendum hoc non eſſe, liberam poteſtatem cuique ad ſacramentum veniendi dandam, neminem ad lauacra ſacra, niſi qui fide inſtructus veniat, admittendum. Hanc quia illi rationem ſecuti, baptiſmum recèns natorum improbant, magnã ſimilitudinem inter eos & mortuos eſſe ſtatuentes: & quod mortuis tribuendũ non eſſe Eccleſia ſtatuerit, neque infantibus concedendum concludunt. Error autem hic ex eadem diſsimilitudine infantium & mortuorũ, quam iſti ſimilitudinem putarunt, promanauit. Illi enim mortuis baptiſmũ ꝓdeſſe credunt, quod recèns natis vtilem eſſe Eccleſia ſentiat, & decernat, cum vtrique fidem non habeant: iſti autem infantes non eſſe capaces baptiſmi aſſerũt, propterea quòd vt mortui credere non poſſunt, neque quid ſit fides intelligunt.

Cùm

Cùm non videant, quam illi ſimilitudinẽ putent, diſsimilitudinem magnam eſſe: nulla enim inter recèns natos & mortuos ſimilitudo eſt, vt iam oſtẽdimus. Neq; enim dandũ eſt hoc iſtorum errori, concedendumque, infantes ita prorſus fide carere, vt mortuos, imò verò cũ eccleſia & credẽdum, & confitendũ, infantes & recèns natos, aqua & verbo vitæ ablutos, inter fideles haberi: & per fidem matris Eccleſiæ, parentum ſuorum, ac patronorum, à quibus vel deferuntur ad lauacra ſacra, vel tinguntur, capaces eſſe & baptiſmi & gratiæ Dei, quæ per ſacramenta fidelibus datur, omniumque donorum ſpiritus ſancti compotes effici. Ac Spiritum ſanctum in cordibus eorum ſtatim vt abluti fuerint, vt Chriſti characterem animis ſuis impreſſerint, tanquam in templo ſuo habitare: fidem in eis plantare, donis ſuis irrigare, fouere, ac ſenſum eius excitare. Vtilem autem eſſe fidem parentum, & eorum, per quos offeruntur domino, ad remiſsionem peccatorũ & ſalutem poteſtatemque diaboli effugiendum, infantibus eſſe, recènſque

Fides parẽtum vtilis liberis Chriſto oblatis.

recénſque natis, exempla multa in Euangelio teſtantur, è quibus pauca, breuitatis ſtudio afferamus, contraq; quam iſti volunt, fidem alienam Chriſto oblatis, vtilē eſſe confirmēmus. Et primùm quidem exemplum occurrit nobis mulieris illius Chananęæ, quæ CHRISTVM cum clamore ſecuta, rogat, vt ſuam filiam, quæ à Domino agitaretur, liberet. Nam CHRISTVS dominus non fidem filiæ à dæmone obſeſſæ, quæ ſequi, quæ credere non poſſet, dæmone ſenſum omnem fidei eripiente ſibi, ſed matris fidem probauit, & ita vt illa ſupplex poſcebat, fieri iuſsit: dæmonium à filia, quæ tum abfuit, & quæ quid ſecum aut de ſe ageretur planè ignorauit, eiecit. Quis autem eſt qui non videat, à demonio omnes vt nati fuerint & teneri & obſideri, qui peccatum originis, quo Sathanæ chirographus, contra nos omnes conſcriptus eſt, ſacramento baptiſmi non abluerint, qui chirographũ hũc nõ deleuerint, qui pro cauterio Sathanæ deleto, characterem Chriſti cordibus ſuis non impreſſerint. Chananęa mulier.

Recèns

Recèns igitur nati, qui ob peccatum originis ſuæ, filij iræ, mancipia Sathanæ, & vernæ domi ſuæ è ſeruis ſuis parentibus nati ſunt, ſtatim vt hāc lucem aſpexerint, liberti Chriſti fiant, vt à ſæua dæmonum tyrannide liberentur. Eccleſia ſancta mater noſtra Chriſtum ſecuta clamat, vt ſui ſuorumque miſereatur, ablutos aqua & verbo vitæ ſuos eſſe velit, dæmonium ab eis remoueat, rogat. Quæ cùm ita præcatur, viciſsim audit; non auribus quidem carneis iſtis, ſed illis interioribus mentis, Chriſtum dicentem, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. Ad quam vocem dæmonium ab infante ſtatim diſcedit, nullam poteſtatem ſibi in eum relictam videt: ſuum illum chirographum abiectū, ſanguine Chriſti, aquā & verbo vitæ deletum agnoſcit. Secundum exemplum eſt Centurionis, cuius fidem cùm Chriſtus vidiſſet, puerum ſuum, qui morbo oppreſſus domi decumbebat, vitam agebat, neque qui Chriſtus eſſet, quid de ſe, & ſecum ageretur, per morbi magnitudinē ſcire poſſet, ſtatim ſanauit. Quibus exemplis quis non videt fidem patroni puero, fidem

Eccleſiæ pro infantibus præces.

Centurio.

fidem matris, filiæ, vtilem fuiſſe? illi quidem, vt vitam reciperet, huic autem, vt à dæmonis ſæua poteſtate libera eſſet. Non minùs inſigne exemplũ eſt Reguli illius, cuius fide Chriſtus probata, filium ſuum morientem ad vitam reuocauit: ſed & paralytico peccata remiſit, vitam reſtituit: non propter ſuam, ſed propter eorum fidem, à quibus portabatur, à quibus per tectum demiſſus, & Chriſto fuit oblatus. Ait enim Euangeliſta: Cùm vidiſſet Ieſus fidem eorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Non enim dicit, videns fidem paralytici, ſed fidem eorum, à quibus ferebatur, vt apertè monſtret, nos per fidem alienam Deo placere, peccata nobis per Chriſtũ donari, fide & precibus alienis. Fide patronorum, qui recèns natos, ad lauacra ſacra offerunt, & Chriſto eos, ita vt ipſe iuſsit, ſiſtunt, fide parentum, fide Eccleſiæ matris, in cuius gremium inſerũtur, cuius vberibus admouentur, cuius lacte, hoc verò eſt ſacramentis nutriũtur, Deo placent, per eam fidem remiſsionem peccati originis conſequuntur, characterem

Regulus

Paraliticus

diaboli delent, Chriſti teſſeram accipiunt, & in numerũ fideliũ referũtur. Expende enim quid Chriſtus dicat: Cũ, inquit, vidiſſet fidem illorum, dixit: Fili, remittuntur tibi peccata tua : quæſo cur Chriſtus non confugit ad iſtorũ rationes? cur non dixit, Quē mihi obtuliſtis, non credit, non ſponte ſua ad me venit, vos eum vexatis, vos cogitis, inuitum affertis, eius ipſius iudicium de mea doctrina requiro: cùm per valetudinē poterit, iudicabit: & quid ſit fides, & cui credere debeat, agnoſcet: tum demùm ſuo arbitrio vel ſequetur me, vel repudiabit: nunc eum non agnoſco: fidem veſtrãm, & preces veſtras, pro illo non recipio. Non vſus hac eadem excuſatione apud centurionem, cuius puer domi decumbebat: non reiecit mulierem illam Chananæam, cuius filia mentis, ob vim dæmonij, compos non eſſet, neque fidem haberet. Solius matris fidē probauit, per eam filia ſalua facta, per eam dæmonium pulſum. Per fidem patris filius Reguli vitæ reſtitutus, per fidē cēturionis puer ſanatur. Quid? ſignarus

rus erat Chriſtus harum rationũ? nõ potuit ita acutè cogitare vt iſti? cur non argumentatus hoc modo, vt iſti argumẽtatur: liberi veſtri in me non credunt, morbo oppreſsi, vix ſenſum vitæ retinent: quid ſit fides ignorant, non illi, ſed vos me rogatis: in ſua, non veſtra fide ſalutem conſequi debent. Cur Chriſtus hæc non excuſabat, cur rationes iſtas non afferebat? Non enim erat vt iſti, tam acutus Sophiſta, non venerat vt imponeret hominibus, ſed vt errore liberaret, veritatem apertam diceret. Docere nos voluit, fidem alienam, preces alienas, his, qui in gremio Eccleſiæ ſunt, qui Chriſto ſiſtuntur, qui characterem eius animis ſuis imprimunt, prodeſſe: per fidem ſuorum, per fidem Eccleſiæ gratiæ Dei compotes fieri: per fidem patris Abrahæ Iſaac infans benedictionis paternæ compos fuit: per ſignaculum fidei patris, & ipſe iuſtus reputatus eſt. Sed dices, meam ergò ſententiem confirmas, infantes noſtros, noſtra fide ſalutis compotes fieri, etiamſi moriantur, antequàm capaces baptiſmi ſint, Obiectionis ſolutio

 compotes

compotes fieri concedis. Obiectioni iſti reſpondi antè, non eſt quod iterum repetam, diſsimilitudo magna eſt inter Eccleſiæ doctrinam, & tuam hæreſim: meus infans in gremio eccleſiæ poſitus, Chriſto oblatus, per tectum demiſſus, vitam rogat, patronorum eius fides probatur, qui rogant, qui clamãt, qui illud repetunt, Miſerere noſtri fili Dauid. Clamat Eccleſia mater, offert infantem meum, exauditur, audit illam vocem, Fiat tibi ſicut vis: cùm tuus interim totus in caſtris Sathanæ ſit, quem tu, ne ad Chriſtũ veniat, prohibes: cùm non ſolũ nõ roges Chriſtũ, vt infantis tui, à dęmone obſeſſi miſereatur: ſed planè Sophiſticis tuis argumẽtis illius bonitati illudis: expecta, inquis, Chriſte, vt adoleſcat, vt ſapiat, vt quid ſit tua fides, quæ tua doctrina, iudicare poſsit, vt ipſe ſuo arbitrio, ad te veniat, ſuo iudicio, te vel ſequatur, vel abijciat: ego illum cogere nolo: libera fides eſſe debet: liberi omnes naſcimur: voluntariè, inquit Dauid ſacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine. Hæc tu cùm dicis, nónne planè

Chriſto

Chriſto illudis? nónne eius bonitatē cōtemnis? quod gratiæ eius eſt proprium, tu tuo arbitrio, tuæ ſapientiâ tribuis: non gratiâ Dei tuum infantem ſaluum fieri vis, ſed ipſius prudentia, hoc donum vel accipi vel reijci debere ſtatuis, immemor Pauli teſtantis, Nos gratiâ Dei ſaluos eſſe non ex nobis, fidem donum Dei eſſe. Cùm igitur tu tam arroganter agas, cùm itaque ſapientiæ Chriſti illudas, bonitatem eius contemnas, Eccleſiam ſpernas (in qua ſola ſalus eſt, in qua ſola fides manet, extra Eccleſiam enim fides nulla eſt, ſalus nulla, qui Eccleſiam non audit, Ethnicus eſt, ſubuerſus eſt) non eſt quod fidem tuam fictam, hæreticam, mortuam, infanti tuo prodeſſe putes. Non habet ſortem in regno Dei, quam non benignitate eius, ſed ſua ſapientia, & tuis iſtis Sophiſticis rationibus conſequi vult. Nō ratiocinatur meus, tacet: vnam rationem ſequitur, Eccleſiæ authoritatem, bonitati Chriſti, & ſapientiæ totum ſe tradit, ac vna hac ratione, omnes ſalutis compotes fieri iudicat. Ad hanc vnam confugit. Non

rationibus,ſed authoritati Eccleſiæ nititur, hæc ſola illi pro omnibus rationibus eſt. Verba quæ ipſe reddere non poteſt, mater Eccleſia pro ipſo reddit, patroni ſuo nomine ſpondent, preces eius offerunt, rogant, recipiuntur. Audiunt CHRISTVM, paruulum ſuum ſolantem, Fili, remittuntur tibi peccata tua: audiunt, precibus Eccleſiæ reſpondentem, Fiat tibi ſicut vis. Sed ſatis monſtratum eſt, fidem patronorum, ſidem parentum, fidem ſanctæ Eccleſiæ, recèns natos, ob eas quas retulimus vtilitates Eccleſiam ſemper Baptiſmi participes fieri voluiſſe, hocque inſtitutum à CHRISTO, qui paruulos ad ſe venire voluit initio ſumpto, tempore Apoſtolorum etiam viguiſſe. Cuius argumentum certum & indubitatum dico eſſe, baptiſmum illum mortuorum, cuius Paulus ad Corinthios ſcribens, vt iam dixi, meminit. Neque enim alia cauſa dari poteſt, vt illi pro mortuis baptiſarentur, crederentque (etſi ſtultè ſatis & ſuperſtitioſè agerent) vtilem eſſe mortuis: niſi quòd viderent, recèns

Semper recèns nati baptiſabantur.

Occaſio erroris baptiſandi pro mortuis.

natos

natos, in fide Eccleſiæ & patronorum Baptiſari, quòd viderent alios nomine eorum ſpondere, idque ratum eſſe, & ad peccati originis abolitionem, vtile infantibus. Quod cùm aſsiduè fieri viderent, probari ab Apoſtolis ſcirent, non conſultis Apoſtolis, quæ voluntas CHRISTI de mortuis eſſet, ad ratiocinationes confugerunt, ac eodem modo, baptiſari eos, in ſua fide, ipſis nomine eorum reſpondentibus poſſe, idque apud CHRISTVM ratum fore concluſerunt: hoc etſi illi piè quidem, & zelum habentes erga ſuos facerent: quia tamen non ſecundum ſcientiam fecerint, ab Eccleſia damnati ſunt, pietas eorum ſuperſtitio, & error iudicatus, pertinaciùs rationes eas tuentes, hæreſeos condemnati, gremio Eccleſiæ eiecti, qui quidem iſtorum error, hoc nobis commodi attulit, quòd apertè doceat, recèns natos, in Eccleſia ſẽper baptiſmi capaces iudicatos fuiſſe, idque apoſtolos probaſſe. Nec nouum videri debet, ſi errore ad veritatem mõſtrandã vtamur, cùm hoc ipſo errore

Error alienus noſtrā veritatem confirmat interdum.

Diuus Paulus ſpem reſurrectionis mortuorum confirmare non dubitauerit. Nunc veniamus ad teſtimonium Eccleſiæ, in qua patres eos, qui eius gubernaculis ſuis temporibus præfuerunt, qui ſacramenta eius diſpenſârunt, primùm adeamus, ac quid de Baptiſmo recèns natorum, ſuis temporibus Eccleſia ſenſerit, quid decreuerit quæramus, orſi ab his, qui vicini Apoſtolis ipſis fuerũt. Occurrit autẽ nobis primus, ipſius Pauli diſcipulus, Dionyſius Areopagita, vir ille, & in religione Chriſti, propter fidem: & ante religionem receptã, propter ſummam eruditionem, omniumque ſcientiarum cognitionem, apud Græcos facilè princeps: qui hunc morem & ſuo & Apoſtolorũ tempore celebratiſsimũ fuiſſe, in eo libro, quem de Hierarchia Eccleſiaſtica inſcripſit, apertiſsimè, & ex profeſſo docet, quod, ne cui fingere videamur, locum integrum eius ex eo libro ſubijciemus. Ait igitur ſic DIONYSIVS AREOPAGITA: Quid autẽ, & pueros nondum diuina intelligere valẽtet ſacrè participes fieri diuinæ generationis,

cap.7.Eccleſiaſticæ Hierarchię

tionis, & ſacratiſsimorum diuinæ generationis ſymbolorum? Videtur quidem (vt ais) immundis blaſphemo riſu dignũ, ſi audire non valentes edocent ſummi ſacerdotes diuina, & non intelligentibus imagines tradiderunt ſacras traditiones. Et quod adhuc riſibilius eſt, quomodo pro eis alij abrenunciätiones dicunt, & ſacras confeſsiones? Oportet tuam Hierarchicam intelligentiam non anguſtari in errantibus, ſed & timens ſimul & eorum luciducatus gratia diligens, defendere aduerſus pro eis prolatas inſidias proponentem, & hoc iuxta legem diuinam, quia non in noſtra ſcientia omnia diuina circumſcribuntur. Multa autem à nobis ignotorũ, cauſas habẽt diuinas nobis quidem ignotas, notas verò noſtrorum melioribus ordinibus. Multa autem & excellentiſsimas eſſentias latuere, & à ſola diligenter cognita ſunt ſapientiſsima, & ſapientifica diuinitate. Verùm ea de re iſta quoque dicimus, quę ſancti præceptores noſtri ex priſtina traditione edocti, ad nos deriuârunt. Aiunt enim, quod eſt veriſsimũ, infantes

Apoſtoli voluerunt paruulos baptiſari.

 (ſi

(ſi ſancta lege formentur) ad ſacrũ peruehendos habitum, omni errore liberos, & vitæ exortes impuræ. Iſtud cùm pijſsimis ducibus noſtris in mentem veniſset, viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub patre diuino, ſanctæque ſalutis alumno. Hunc itaque præſul ſpondentem, puerum iuxta ſanctam educaturum vitam, requirit vt abrenunciationem profiteatur: fidemque confiteatur, non (vt illi ridentes aiunt) alium pro alio imbuit ſacris. Neque enim hoc ille ait: Ego pro puero abrenunciationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor, ſed ita puer renunciat & profitetur, id eſt, ſpondeo puerum inducturum cùm ad ſacram intelligentiam venerit, ſedulis adhortationibus meis, vt abrenunciet contratrarijs omninò, profiteaturque & peragat diuina, quæ pollicetur. Nihil igitur (vt reor) indignum eſt, ſi ad diuinum inſtitutum puer adducitur, ſanctũ

Patrinus ſeu ſuſceptor & ſpõſor paruuli.

Quomodo puer per ſuſceptorẽ abrenũciat & fidem profitetur.

habens præceptorem, qui illi diuinarum rerum habitum tradat, malorumque ſeruet immunem. Hæc Areopagita Apoſtolorum diſcipulus. Audiamus, Cyprianum ducentis annis poſteriorem, de hoc ipſo more, Fido ſuo per Epiſtolam reſpondentem: QVANTVM verò ad cauſam infantium pertinet, quos dixiſti intra ſecundum vel tertium diē quo nati ſint, conſtitutos, baptiſari non oportere, & conſiderandam eſſe legem circumciſionis antiquæ, vt intra octauum diem eum qui natus eſt baptiſandum & ſanctificandum non putares, longè aliud in Concilio noſtro omnibus viſum eſt. In hoc enim, quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed vniuerſi potiùs iudicauimus, nulli hominū nato miſericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cùm Dominus in Euangelio ſuo dicat, Filius hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſaluare: quantum in nobis eſt, ſi fieri poteſt, nulla anima perdenda eſt. Et paulò poſt: Deus vt perſonam non accipit, ſic nec ætatem, cùm ſe omnibus ad cæ-

lib.3. epiſtola 8 ad Fidum.

Gen. 17.

Paruulos primū baptiſare poſſe.

Luc 9.

Gal. 2.

leſtis gratiæ conſecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Quod autem in Iudaica circumciſione carnali octauus dies obſeruabatur, & ſacramentum eſt in vmbra, atque in imagine antè præmiſſum, ſed veniente Chriſto veritate completum. Quæ imago ceſſauit ſuperueniente poſtmodùm veritate, & data nobis ſpiritali circumciſione. Propter quod neminem putamus à gratia conſequenda impeditum eſſe ea lege, quæ iam ſtatuta eſt, nec ſpiritâlem circumciſionē impediri carnali circumciſione debere, ſed omnem omninò hominem admittendum eſſe ad gratiā Chriſti, quando & Petrus
Actor. 10. in actibus Apoſtolorum loquatur & dicat: Dominus mihi dixit, neminē communem dicendum & inmundū. Cæterùm ſi homines impedire aliquid ad cōſecutionem gratiæ poſſet, magis adultos & prouectos, & maiores natu poſsēt impedire peccata grauiora. Porrò autem ſi etiam grauiſsimis delictoribus, & in Deum multum antè peccantibus, cùm poſteà crediderint, remiſsa peccatorum datur, & à Baptiſmo atque à gratia nemo prohi-

prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recèns natus nihil peccauit, niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? qui ad remiſſam peccatorum accipiendam hoc ipſo facilius accedit, quod illi remittũtur nõ propria, ſed aliena peccata. Et idcirco frater chariſsime, hæc fuit in cõcilio noſtra ſententia, à baptiſmo atque à gratia Dei, qui omnibus miſericors & benignus & pius eſt, neminem per nos debere prohiberi, quòd cùm circa vniuerſos obſeruandum ſit atque retinendum, tum magis circa infãtes ipſos & recèns natos obſeruãdũ putamus, qui hoc ipſo de ope noſtra, ac de diuina miſericordia plus merẽtur, quòd in primo ſtatim natiuitatis ſuæ ortu, plorantes ac flentes, nihil aliud faciunt, quàm deprecantur. Audiamus item Chryſoſtomũ Cypriano poſteriorem. Prædicat Eccleſia, Catholica vbique diffuſa, debere paruulos baptiſari, ꝓpter originale peccatũ. Et paulo poſt: Quia ipſa conceptio ſine carnis cupiditate non fit, ideò dixi de tranſgreſsione

Originale peccatum in infantibus.

Cõcilij carthaginẽſis ſententia, de non arcendis à baptiſmo infantibus.

Homilia de Adam & Eua.

peccati: venio in originale cupiditatis, vt baptiſmus paruulorum abluat omne originale peccatum. Et poſt nonnulla: Illud etiam, quod circa baptiſandos in vniuerſo mundo ſancta Eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue iuuenes, vniformiter agit, non ocioſo cõtemplemur intuitu: quod cùm aggrediuntur, quàm exorciſmis & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur, & deinceps vaſa eius eripiantur, in poſſeſsionẽ tranſlata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hæc Chryſoſtomus. Veniamus ad Auguſtinum Chryſoſtomo iuniorẽ, & quęramus quid & ipſe, & Eccleſia ſuo tẽpore de baptiſmo recèns natorum ſenſerit.

li.1. de nuptijs & concupiſcentia cap.20.

Ait igitur Auguſtinus: In veritate, nõ in falſitate, poteſtas Diabolica exorciſatur in paruulis, eique renunciant, quia per ſua non poſſunt, per corda & ora geſtantium, vt eruti à poteſtate tenebrarum, in regnum ſui domini transferantur. Quid ergò in eis eſt, per quod in poteſtate diaboli teneantur, donec eruantur inde, per ſacramentum Baptiſmatis

Exorciſmus quid facit in paruulis.

Chriſti,

Chriſti, quid eſt niſi peccatum? Idem in Eccleſia toto orbe diffuſa vbique omnes baptiſandi infantuli non ob aliud exufflantur, niſi vt ab eis princeps mũdi mittatur foràs, à quo neceſse eſt vaſa iræ poſsideantur. Et: Hos iſte audeat dicere Manichæos (Ambroſium & Cyprianum intelligit) & antiquiſsimam Eccleſiæ traditionem iſto nefario crimine adſpergat, qua exorciſantur & exufflantur paruuli, vt in regnum Chriſti, à poteſtate tenebrarum, hoc eſt, diaboli & angelorum eius, eruti transferantur. IDEM: Itē quiſquis dixerit, quòd in Chriſto viuificabãtur etiam paruuli, qui ſine ſacramẽti eius participione de vita exeunt: hic ꝓfectò & cõtra Apoſtolicã prędicationē venit, & totã condemnat Eccleſiam. vbi ꝓpterea cũ baptiſãdis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur aliter eos in Chriſto viuificari omninò nõ poſse. Qui autem nõ viuificatur in Chriſto, reſtat vt in eadē dãnatione maneat, de qua dicit Apoſtolus: Per vnius delictũ in oēs hoēs ad cõdēnationē. Idē. Noli credere, noli dicere, noli docere, infãtes,

antequàm

lib. 2. de nuptijs & cõcupiſcẽtia cap. 18.

Cur exufflantur in toto orbe paruuli baptiſandi.

Cap. 29.

Exorciſmus et exufflatio paruulorũ antiquiſsima Eccleſiæ traditio.

Epiſt. 28. ad Hieronymum.

Sine baptiſmo nõ ſaluãtur paruuli.

Rom. 5.

lib. 3. de anima & eius origine cap. 9.

quàm baptiſentur, morte præuētos, peruenire poſſe ac originalium indulgētiā peccatorum, ſi vis eſſe Catholicus.

De peccatorum meretis & remiſsione. lib.1. cap. 28.

Item. Nulla ex noſtro arbitrio præter baptiſmum Chriſti, ſalus æterna promittatur infantibus, quam nō promittit ſcriptura diuina humanis omnibus ingenijs præferanda.

lib.3. ca.4. Per baptiſmū incorporantur Eccleſiæ. Ad damnationē pertinēt niſi baptiſentur.

Et: Vnde fit conſequens, vt quoniā nihil agitur aliud cùm paruuli baptiſantur, niſi vt incorporentur Eccleſiæ, id eſt, Chriſti corpori, membriſque ſocientur: manifeſtum ſit, eos ad damnationem, niſi hoc eis collatum fuerit pertinere: non autem damnari poſſent, ſi peccatum vtique non haberēt. Capite duodecimo ea verba exponēs prioris ad Corinthios ſeptimo: Alioquin filij veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt: Illud tamen (inquit) ſine dubitatione tenendum eſt,

Propria infantium ſanctificatio fit per baptiſmū.

quæcunque illa ſanctificatio ſit, non valere ad Chriſtianos faciendos, atque ad dimittēda peccata, niſi Chriſtiana & Eccleſiaſtica inſtitutione, & ſacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles, quamlibet ſanctis & iuſtis coniu-

gibus

gibus hæreant, ab iniquitate mundantur, quæ à regno Dei ſeparatos in damnationem venire compellit: nec paruuli de quibuslibet ſanctis iuſtiſque procreati, originalis peccati reatu obſoluuntur, niſi in Chriſto fuerint baptiſati: pro quibus tãtò impenſiùs loqui debemus, quãtò pro ſe ipſi minùs poſſunt. Idem: Ab hac igitur poteſtate tenebrarum, quarũ eſt diabolus princeps, id eſt, à poteſtate diaboli & angelorum eius quiſquis erui, cum baptiſantur, negauerit paruulos, ipſorum Eccleſiæ ſacramentorum veritate conuincitur, quæ nulla hæretica nouitas in Eccleſia Chriſti auferre vel mutare permittitur, regente atque adiuuante capite totum corpus ſuũ, puſillos cum magnis. In veritate itaque, non in falſitate, poteſtas diabolica exorciſatur in paruulis, eique renũciant, quia per ſua nõ poſſũt, per corda & ora geſtantiũ, vt eruti à poteſtate tenebrarũ in regnũ ſui domini transferantur. Quid ergò in eis eſt, per qđ in poteſtate diaboli teneãtur, donec eruãtur inde per ſacramentũ baptiſmatis Chriſti; quid eſt niſi peccatum?

Lib. 2. de nuptijs & cõcupiſcẽtia. cap 17.

Perituri ſi nõ renaſcantur.

ITEM: In quantum homines ſunt paruuli, bonum eſt naturæ, cuius author eſt Deus: in quantum autẽ cum peccato naſcuntur, perituri, ſi non renaſcantur, ad ſemẽ pertinent maledictum, ab initio illius antiquæ inobedientiæ vitio. Ab hac fide Apoſtolica atque Catholica veriſsima atque fundatiſsima, cum Pelagianis iſte Iulianus diſcedens, non vult naſcentes eſſe ſub diabolo, ne paruuli portentur ad Chriſtum, vt eruantur à poteſtate tenebrarũ, & in regnum ipſius transferantur. IDEM: Nos dicimus, paruulos aliter ſalutem & vitam æternam non habituros, niſi baptiſentur in Chriſto. Ibidem: Vbi ponis paruulos baptiſatos? Profectò in numero credentium. Nam ideò & conſuetudine Eccleſiæ antiqua canonica fundatiſsima, paruuli baptiſati fideles vocantur. Et ſic de his quærimus. Iſte infans Chriſtianus eſt? Reſpondetur, Chriſtianus: Catechumenus, an fidelis? Fidelis vtique, à fide, fides à credendo. Inter credentes igitur, baptiſatos paruulos numerabis, nec iudicare vllo modo aliter audebis, ſi non vis eſſe apertus

Sine baptiſmo nõ ſaluantur.

Sermone 14. de verbis apoſtoli.

Paruuli baſati in numero fidelium & credentiũ ponuntur.

apertus hæreticus. Ergò ideò habēt vitā æternam, quia qui credit in filium, habet vitam æternam. Noli eis ſine iſta fide, & ſine iſto ſacramēto huius fidei promittere vitam æternam. Et poſt nonnulla: Abſit, vt ego dicam non credentes infantes. Iam ſuperiùs diſputaui, credit in altero qui peccauit in altero, dicitur credit & valet, & inter fideles baptiſatos cō putatur. Hoc habet authoritas matris Eccleſiæ, hoc fundatus veritatis obtinet canon: cōtrà hoc robur, contra hunc inexpugnabilē murū quiſquis arietat, ipſe confringitur. Ergò prodeſt Chriſtus aliquid infantibus baptiſatis, & ſicut ego doceo, & ſicut mecum tota Eccleſia dicit, credentibus prodeſt. Et poſt pauca: Credūt & infantes. Vnde credunt? Quomodo credunt? Fide parentum. Si fide parentum purgantur, peccato parentū polluti ſunt. Poſteà verò: multi modi ſūt ſanctitatis, & multi modi ſāctificationis. Quomodo ergò ſanctificatur vir infidelis in vxore, & tamen perit niſi baptiſetur: Sic filij fidelium, etſi ad quendam modum ſanctificati ſunt, pereunt

Credit in altero qui peccauit in altero.

Ab Eccleſiæ authoritate.

1. Cor. 7.

depulſa eſt pernicies. Sicut ergò in Abraham præceſsit fidei iuſtitia, & acceſſit circumciſio, ſignaculum iuſtitiæ fidei: ita in Cornelio præceſsit ſanctificatio ſpiritalis, in dono ſpiritus ſancti: & acceſsit ſacramentũ regenerationis in lauacro baptiſmi. Et ſicut in Iſaac, qui octauo ſuæ natiuitatis die circũciſus eſt, præceſsit ſignaculũ iuſtitiæ fidei. Et quoniã patris fidem imitatus eſt, ſecuta eſt increſcente ipſa iuſtitia, cuius ſignaculũ in infante præceſſerat: ita & in baptiſatis infantibus, præcedit regenerationis ſacramentũ: & ſi Chriſtianã tenuerint pietatem, ſequitur etiam in corde conuerſio, cuius myſteriũ præceſsit in corpore. Et ſicut in illo latrone quod ex Baptiſmi ſacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas: quia non ſuperbia vel contemptu, ſed neceſsitate defuerat, ſic in infantibus, qui baptiſati moriũtur, eadem gratia omnipotentis implere credenda eſt, quod non ex impia voluntate, ſed ex ætatis indigentia: Nec corde credere ad iuſtitiam poſſunt, nec ore confiteri ad ſalutem. Ideò cùm alij pro eis reſpondent,

Gen. 21.

Rom. 4.

ſpōdēt,vt impleatur erga eos celebratio ſacramēti,valet vtiq; ad eorū cōſecrationē,quia ipſi reſpōdere nō poſſunt: At ſi ꝓ eo qui reſpōdere poteſt alius reſpōdeat,non itidē valet. Ex qua regula illud in Euāgelio dictū eſt, quòd omnes cum legitur naturaliter mouet,ætatē habet, ipſe pro ſe loquatur. Audiuimꝰ Auguſtinū, veniamꝰ ad poſteriores. Reſpōdeat Bernardus & ſuo & aliorū nomine. Videte detractores, videte canes, irrident nos quia baptiſamus infantes,qđ oramus pro mortuis,quòd ſanctorū ſuffragia poſtulamꝰ.In omni genere hominū atq; in vtroque ſexu feſtinant ꝓſcribere Chriſtū in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. Hinc quidē infantibus ex impoſsibilitate naturę,inde verò adultis ex difficultate cōtinentiæ præſcribētes.Quid enim ſi infās pro ſe loqui non poteſt, ꝓ quo vox ſanguinis fratris ſui,& talis fratris clamat ad deū de terra? Adſtat & clamat nihilominùs mater eccleſia, quid tamē infans? nonne & ipſe videtur tibi inhiare quodā modò de fōtibus ſaluatoris,vociferari ad Deum,ſuiſque vagitibus clamitare,Domine

Sermone 66. ſuper Cantica. Hæretici caholicos irrident propter infantiū baptiſmum.

Gen.4.

mine vim patior, reſponde pro me? Fla- Eſa.38.
gitat auxilium gratiæ, quia vim patitur ab origine. Clamat innocentia miſeri, clamat ignorantia paruuli, clamat addicti infirmitas. Ita ergo clamant hæc omnia, ſanguis fratris, fides matris, deſtitutio miſeri, & miſeria deſtituti. Et clamatur ad patrem. Porrò pater ſeipſum negare non poteſt, pater eſt. Nemo mihi dicat, quia non habet fidem, cui mater impertit ſuam, inuoluens illi in ſacramẽto, quouſque idoneus fiat proprio non tantùm ſenſu, ſed aſſenſu euolutam puramque percipere. Nunquid breue pallium, vt non poſſit ambas cooperire? Magna eſt Eccleſiæ fides. Nunquid minor fide Chananeæ mulieris, quam conſtat & filiæ ſufficere potuiſſe & ſibi? ideò audiuit: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut petijſti. Nunquid minor fide illorum, qui paralyticum per tegulas demittentes, animæ illi & corporis obtinuêre ſalutem? Denique habes: Quorum fidem vt vidit, ait paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et paulò pòſt: Tolle

Mater Eccleſia, fidẽ ſuam paruulo communicat.

Fides aliena alijs prodeſt.

Mat.15.

Mat.9.

gratia, nec ſaluti propinquare ſinuntur, ſaluatore licèt piè clamante pro eis: Sinite, inquit, paruulos venire ad me. Ergóne qui homines & iumenta ſaluauit, quemadmodũ multiplicauit miſericordiam ſuam Deus, ad ſolos tamen innocentes, non patitur eandem tam multam miſericordiam peruenire? Quid, quæſo, quid inuidet paruulis ſaluatorem paruulum, qui natus eſt eis? Inuidia hæc diabolica eſt: inuidia hæc mors intrauit in orbem terrarum. An putat paruulos ſaluatore non egere, quia paruuli ſunt? Si ita eſt, ergò gratis magnus dominus factus eſt paruus: vt omittam, quòd flagellatus eſt, quòd ſputis illitus, quòd cruci affixus, quòd denique mortuus eſt. Non eſt hic homo à Deo, qui ſic contraria Deo & facit & loquitur. Pròh dolor: auditur tamẽ à pluribus, & populum qui ſibi credat, habet. O infœliciſsimum populum. Ad vocem vnius hæretici ſiluerunt in eo omnes propheticæ & Apoſtolicę voces, quæ de conuocando in vna Chriſti fide è cunctis nationibus Eccleſia, vno veritatis ſpiritu cecinerunt. Ergò fefelle-

comitem, de Hérico hæretico ſcribens.

runt diuina oracula, falluntur omnium oculi, & animi, qui quod legunt prædictum, intuentur impletum. Quam certè manifeſtam omnibus veritatem ſolus iſte ſtupenda, & prorſus Iudica cæcitate, aut non videns, aut inuidens adimpletam, ſimul neſcio qua arte diabolica perſuaſit populo ſtulto & inſipienti, de re manifeſta, nec ſuis credere oculis: fefelliſſe priores, errare poſteros, totũ mundũ etiam poſt effuſum Chriſti ſanguinẽ perditum iri, & ad ſolos quos decipit, totas miſerationum Dei diuitias & vniuerſitatis gratiam perueniſſe. Et nunc huius rei gratia, licèt in multa corporis infirmitate iter arripui ad has partes, quas potiſſimùm ſingularis ferus depaſcitur, dum nõ eſt qui reſiſtat, neq; qui ſaluũ faciat. Quippe pro tota Francia, pro ſimili effugatus malicia, has ſolas ſibi inuenit expoſitas, in quibus fiducialiter ſub tuo dominatu, gregem Chriſti toto furore bacchatur. Quod tuóne honori congruat, princeps illuſtris, ipſe iudicato. Nec mirũ tamẽ, ſi ſerpens ille callidus decepit te, quippe ſpeciem pietatis habens, cuius virtutem

nirtutem penitùs abnegauit. Hæc teſtimonia ſunt ſingulorum patrum eccleſiæ principum, quorum authoritatem reijcere, teſtimonium improbare, nō niſi impudēter nugas ſuas obtrudentis fuerit. Audiamus item vniuerſam Eccleſiam, in Concilijs hanc controuerſiam à paucis excitatam, decidentem.

SACRAMENTVM baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduæ trinitatis conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ, à quocumque rite collatum, proficit ad ſalutem. Hæc in Concilio Lateranenſi Eccleſia decreuit. Audiamus CONCILIVM Mileuitanum. Item placuit, vt quicunque paruulos recentes, ab vteris matrum, baptiſandos negat, aut dicit in remiſsionem quidē peccatorum eos baptiſari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur: vnde fit conſequens, vt in eis forma baptiſatis in remiſsionem peccatorum, nō verè, ſed falſe intelligatur, anathema ſit. Quoniam non aliter intelligendū eſt, quod ait Apoſtolus: Per vnum hominem

Concilium Lateranēſe magnū ſub Innocentio tertio canone primo.

Canone 2.

Paruuli baptiſandi propter peccatum originale.

Rom. 5.

peccatum

uit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione apoſtolorum etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideò in peccatorum remiſsionẽ veraciter baptiſantur, vt in eis regeneratione mũdetur, quod generatione traxerunt. Hæc Concilia. Videtis conſenſum Patrũ, videtis eccleſiæ, agnoſcitis teſtes, non futiles, non Sophiſtas, ſed viros graues, viros ſanctos, qui vitæ caſtitate, ſingulari pietate, doctrinæ ſuæ veritate ꝓbârunt: qui ſignis & prodigijs editis ſe Chriſti diſcipulos, volũtatiſque diuinæ ſinceros diſpenſatores fuiſſe demonſtrârũt. Videtis Eccleſiæ totius conſenſum, vno ore omnes approbant, vno ore omnes teſtãtur, baptiſmi fontes Chriſto authore Apoſtolos in gremio Eccleſiæ, recèns natis aperuiſſe, ſemperque apertos patuiſſe, à paucis poſteriùs, conſilio Sathanæ eum morem improbatum, ac recèns

cèns natis beneficiũ hoc ademptũ Chriſti.Quibus repudiatis,conſenſum Eccleſiæ nos ſequi,& iuſtũ & neceſſarium eſt. Hæc habui quæ ſuper hac quæſtione dicerẽ,de qua multi viri doctiſsimi copioſiùs multò,& argumentis certioribus diſputârunt,erroremq́ue iſtùm cũ ſuis magiſtris planè euerterunt. Quorum nos veſtigia ſecuti, dũ plenam illam meſſem falce eruditionis ſuæ demetunt,ſpicas ab eis relictas, tanquàm Rud illa Moabitis colligere conati ſumus, & quod potúimus officium præſtitimus:paucaq́ue alimenta matri noſtræ Eccleſiæ repoſuimus, quem conatum noſtrum vt boni & æqui conſulatis,etiam atque etiam rogo.Quod ſi feceritis,ad maiora calcar nobis non inuitè currentibus addituros vos non debetis dubitare.

(.·.)

FINIS.

6-2-3